CATECHISMVS,
SEV DOCTRINA
CHRISTIANA,
LATINO-HIBERNICA,
PER MODVM DIALOGI,
INTER MAGISTRVM ET DISCIPVLVM.

Explicata per R. D. THEOBALDUM STAPLETONIUM, Sacerdotem Hibernum. Post indicem appositа est methodus facilis legendi linguam Hibernicam, cum charactere Romano.

CATECHISMVS.

Adhon, an Teagasc Crioſtuí, iar na fhoillſuí à Ladin & à Ngaoilaig, ar modh chomhrá idir Magiſtir & Diſciubúl.

Mailere Teaboid Gállduf, *Sagart erennach. Agus déis an chláir inodh vras leightena teanganGhaoilaige à leitreacha Romhanacha.*

Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me. luc. 9. vers. 23 Qui dicit se in ipso manere debet sicut ille ambulauit, et ipse ambulare. 1. Iohan. 2. verse. 6.

BRVXELLIS,
Typis HUBERTI ANTHONII *Velpÿ*, sub Aquilà aurea iuxtà Palatium, 1639.
Permiſſu Superiorum.

Bellarmini Catechis

1648

1648

Bellarmin 1647

1348

Bellarmini

16

good

Bacons

Parkinsons

Parkinsons

Herball

Herball

APPROBATIONES.

EX commissione R. D. Henrici Calæni S. T. L. & Canonici Metropolitanæ Mechlin. librorum Censoris, & de mandato R. P. Fr. Thomæ Lycæi Prioris Dominicanorum Hibernorum Louanij, infrascripti vidimus & perlegimus Catheciſmum Latino-hibernicum per R. D. Theobaldum Stapletonium Sacerdotem Hibernum, Diœcesis Cassellensis: ex grauibus Ecclesiæ Auctoribus summo studio collectum, ac demùm in Hibernicum idioma translatum, in quo opusculo nihil prorsus comperimus, quod sacrosanctæ fidei, aut bonis moribus aduersetur, quin potius in Fidei mysterijs explicandis summam perspicuitatem, methodum elegantem, stilum facilem; vulgarem nempè Hibernicum (omnibus subindè Laicis & de Plebe Hibernicis peruium & pergratum futurum) apprimè nihilominus latino, atquè adeò verbotenus respondentem inuenimus. Quapropter ad commune Catholicorum in Hiberniâ commodum & veræ Fidei incrementum, vtique stabiliendum atq; confouendum dignissimum hoc pium opus iudicamus, quod quàm primùm prælo mandetur.

Fr. Reymundus Suine, *Ord. Prædic. Prædicator generalis, & Capellanus maior Legionis Hibernorum Catholicæ Majestatis in Belgio.*

Fr. Patricius Carny, *in Collegio Fratrum Hibernorum Ord. Prædicatorum Louanij Lector.*

EX commissione R. D. Calæni S. T. L. Metrop. Eccl. Mechlin. Canon. Libr. Censoris, nos infrascripti legimus hunc Catheciſmum à R. D. Theobaldo Stapletonio Sacer. Hiber. compositum, in quo nihil reperimus sacræ Fidei aut bonis moribus aduersum, quinimò fidelibus Hibernis maximæ vtilitati futurum, quapropter typis mandari posse iudicamus, imò ad hoc licentiam ex dictâ commissione concedimus. In Conuentu nostro S. Mariæ de Monte Carmelo Bruxellis Idibus Martij, M. DC. XXXIX.

Fr Placidus à S. Teresia Carmelita Discalceat. S. Th. Lector.

Fr. Hieronymus à SS. Sacramento eiusdem Ordinis Theologus

LICENTIA CENSORIS.

REuerende in Christo Pater Placide à S. Teresia *rogo* R. P. V. *vt perlegat diligenter librum Latino-hibernicum compositum à* D. Theobaldo Stapletonio, *vt sic* R. V. *ita videatur, typis excudatur. Bruxellis hâc* 4. *Februarij,* 1639.

Henricus Calænus S. T. L. & Librorum Censor.

SERENISSIMO PRINCIPI

FERDINANDO HISPANIARVM INFANTI,

Archiduci Austriæ, S. R. E. Cardinali, Belgarum & Burgundiorum gubernatori, & armorum generali inuictissimo, &c.

S. P. O.

INTER cætera sacra exercitia & pia opera (Serenissime Princeps) quibus domus Hispanica, vtpotè pientissima simùl & liberalissima, in paucis est addicta: non vulgari certè laude ea mihi celebranda videntur, quæ ad veræ Fidei propagationem diuulgantur, & ad exterorum Catholicorum pro Fide ex patriâ suâ iniustè exulantium, communem vtilitatem ac sustentationem diriguntur: Patet hoc vel maximè in educatione tot Hiberniæ adolescentum, qui liberalitate domus Hispanicæ in ipsâ Hispania, non solùm liberalibus disciplinis, verùm etiam virtute, morum honestate, variisq; pietatis exercitijs, summâ cum solicitudine imbuuntur; vt hoc pacto in viros doctrinâ spectatos, dignosq; Domini vineæ operarios euadant. Testes erunt nostrâ posteritatisq; memoriâ sempiternâ, tot Seminaria, seu Collegia in Hispaniâ ad hunc finem erecta: ex quibus quatuor hodiernâ die extant, nostra quidèm tenui industria, & diligentia procurata & ædificata, Regia autem munificentia dotata; vtpotè Seminarium Vlissiponense, Hispalense, Madritense, & Complutense, quorum postrema duo, vestrâ authoritate, & eximiâ liberalitate (Serenissime Princeps) omni virtute florent: Seminaria certè vtilissima, in quibus veræ Fidei augendæ, & conseruandæ tàm firma ponuntur fundamenta ab illis qui ibidem educantur, ac sustentantur, vt pro Fidei defensione etiam sanguinem suum effundere non dubitent, quo Catholicæ Religionis veritatem, contrà Hæreticam prauitatem apertè testentur. Ex his autem Seminarijs, quàm multi doctrinâ, & vitæ integritate eximij Doctores, Sacerdotes diuini verbi strenuissimi præcones exeunt, vt fratres suos in medio Hæreticæ prauitatis versantes in Fide confirment, eosq; in negotio salutis æternæ iuuent, cum omni diligentiâ

in Domino, nemo melius fortaſsè nouit quàm veſtra Celſitudo Sereniſsime Princeps. *Accipe ſi lubet, quod ab his geſtum eſt: Fidem certè contemptis ſpretiſq; Hæreticorum ſupplicijs, verbis publicáq; profeſsione ſatis conſeruatum iri, non exiſtimabant, niſi Martyres effecti fuſo copioſo ſanguine, Romanæ fidei veritatem fœliciter obſignarent. Chriſtiani hominis Fides nullo alio teſte melius probatur, quàm ſanguine manante, qui tàm nobilis facti memorabile ſigillum eſſe meretur. Fœlix itaq; Hiberniæ Regnum, etſi calamitoſum, quod Catholica ſua Majeſtas Hiſpaniaq; vniuerſa in Fidei ſuæ patrocinium adoptauit? Quid enim ad illam pietatem & liberalitatem accedere poteſt? quâ ſua Majeſtas tot Sacerdotibus, ac ſpectatiſsimis Doctoribus, non ſolùm in dictis Seminarijs neceſſaria ſuppeditat: verùm, exeuntibus amplum viaticum elargitur, quo facilius ſuſceptam miſsionem ſine egeſtate perficere queant. Sanè liquidò conſtat viros pietate & religione conſpicuos, & doctrinâ non vulgari inſignes, ac zelo animarum vehementer flagrantes in Hibernia, in vinea Domini munus ſuum præclarè laudabiliterq; indies ad animarum progreſſum ſalutemq; obire: horum pio exemplo ego excitatus, quod popularibus hominibus, de plebe maximè neceſſarium eſſe video, id in lucem proferre operæpretium duxi, opuſculum primo aſpectu exiguum, vtilitate tamen (vti ſpero) magnum. Libello titulus eſt,* Doctrina Chriſtiana Latino-hibernica, *&c. collecta eſt ex variis graviſsimiſq; Eccleſiæ Doctoribus, noſtro opere, & ſtudio, quam imprimis tironibus, deindè cæteris valdè vtilem fore non dubito. Conſtat enim mihi quanti momenti ea res ſit, quantumq; fructum proferre poſsit: in ea enim Regione annis duodecim animarum munus obiui, cognouiq; quantum emolumenti hæc* Doctrinæ Chriſtianæ *explicatio eſſet allatura, ſi latino charactere, quod adhuc nuſquam penè viſum eſt, imprimatur, ac deindè explicetur. Laborem itaque lubens ſuſcepi, integrumq; opuſculum in eiuſmodi characteres ſtudiosè redegi, quo facilius hoc ſtilo legi ac intelligi poſsit. Dialogi more inter Magiſtrum & Diſcipulum exponitur, & ad maiorem claritatem Latinum idioma Hibernico ſenſui, & ſignificationi, verbotenus etiam reſpondet. Quod opuſculum hoc meum veſtro nomine* (Sereniſsime Princeps) *dicare præſumam, audacia mihi ingeſsit, quod olim honoratus* Sereniſsimæ veſtræ Celſitudinis, *Fratrum & Sororum gloriosa præſentia Matriti anno* M. DC. XVI. *die* 25. *Martij, in Cœnobio Incarnationis, in ipſo die Incarnationis Domini in Regali Pallatio primitias meas celebrauerim. Primum Sacrificium Deo vni trino optimo maximo offerens pro Majeſtatis ſuæ vniuerſæq; Regiæ ſtirpis, ac prolis fœlicitate, non ſolùm itaque mihi fas eſt, ſed obligor, debeoq; has laboris mei primitias libellum ſcilicèt Chriſtianæ iuuentutis Doctrinæ directorem* Sereniſsimæ veſtræ Celſitudini *pio, vereq; affectu dedicare, vt fauſto, fœlici, glorioſoq; veſtro nomine inſignitus typis mandetur, & ita in Hiberniam ſolâ ſub vmbrâ tutelæ ac Patrocinij* Sereniſsimi Principis FERDINANDI AVSTRIACI, *ter fœlicis, ter glorioſi, plenis velis, fauente Deo in* FERDINANDI *gratiam trajiciat, ibiq; in lucem prodeat, tanquàm pretioſum, & rarum aliàs munus, animarumq; vt ita dicam, ſuſtentatio, omni feruore expetenda. Res ergò digna videtur Regio ſanguine, ac Principe pientiſsimo; ita fauore & gratiâ veſtræ* Celſitudinis, *ali, educari, atquè conſeruari Catholicos in Hibernia, vt veſtræ pietatis ac fidei in perpetuum præcones, Deo optimo maximo pro tanti beneficij munificentiſsimo largitore gratias maximas immortales reſpondere, ac preces aſſiduas offerre quotidie meminerint.*

Regiæ veſtræ Celſitudinis,

Humilis cliens,

THEOBALDVS STAPLETONIVS.

Prologus ad Lectorem.

1. QVemadmodum recentis aut delicatæ, nucis ſapor, & dulcedo, non exteriori cortice aut putamine dignoſcitur, & niſi latentis nuclei virtutem explices, & experiaris. Ita ſi Fidem, Symbolum, & cætera credenda humano intellectui proponas, non explicata, quaſi nucem integram ſub cortice clauſam dederis. Proindè ſingula myſteria in hoc tractatu facili methodo explicare ſtatui, quaſi puero nucem fractam porrigens, vt nucleo potiatur. Oro itaque (humaniſsime Lector) ne impolito & rudiore ſtilo quaſi cortice amaro offendaris, ſed fractæ nucis ſaporem experiaris. Nequè æſtimes me in altâ & profundâ hâc doctrinâ illuſtranda propriæ ſcientiæ inniti. Quia ſi pro dignitate fieri debuiſſet, grauiſsimis quibuſque ac ſanctiſsimis Doctoribus arduum futurũ eſſet, opus, quippè à ſupremo illo Doctorum Domino ac Magiſtro Chriſto Ieſu originatum, Apoſtolis datum, proindèque ob ſui obſcuritatem ſuprà omnem conditionem naturalem, eleuatum.

2. Sed quia ſummâ Dei bonitate ac miſericordiâ ad hoc peruenimus tempus, legis ſcilicèt gratiæ, eadem etiam datum eſt & permiſſum cuilibet deuoto, ſimplici, & humili corde volenti, præſentem (ſine errore) manifeſtare doctrinam. Iuxtà illud: *Confiteor tibi Pater, Cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à Sapientibus & Prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Matth. 11. n. 25. Lucæ 10. n. 21.* id eſt, à Superbis, & Potentibus in hoc ſæculo, eorumque notitiam ſimplicibus ac mundo corde tibi ſeruire ſtudentibus, dediſti.

3. Quamobrem in nomine SS. Trinitatis, Spiritus S. frœtus auxilio, Deiparæq; interceſsione ſuffultus (etſi inculto, aſpero, ſimplici,

Oraid don Leaghthoir.

1. *MAr nach ar an ttaoibh à muigh dhon bplaoiſic, as meaſta, na as dérabhtha dhuit blas na millſeacht na cnaoi, ach ar bhrigh an inthe ſheim mhilis bhiós innt eaſtig. As amhluighſin, da ccuirir anccreideamh an Chré & gach ní ele is inchreite dho inntleacht dhaonna fios, & gan à fhoillſiú go ſolas, níl ann ach amhuil do bheartha cnúdh iomlán na crotall no na Pluiſgvait. As vimi ſin, do chuireas reomham gach miſteri. 1. deamharúnn fá ſeach dhiobh do mhiniú ſon leabhar ſo, ar modh vruſa, ionnas ag briſi na cnaoi don leanamh, go mfeidir leis an tinthe dho bhlas. Da bhrigh ſin à leithoir inmhuin, na gabhadh deiſtintú fá neamh ſhnaſtacht, & gharibhe chur ſiós na hoibriſo (amhail tré ſherebhe na plaoiſge) ach bris an cnú & róthaitnió leat blas an inthe. & na meás gur as meolas féin do chuireas reomham an teagaſg ſo (à ta an féin ró árd, ró oiriric) do fhoillſiú, ór màs ar oirdhearcas, & ar dhiongmhaltacht labhraim, ní fhoil Dochtuir dha eaghnuí, na dha naomhthacht, nach ar dhoculach, cruoaí, dho è ré an fhoillſiú; do bhrigh, gur ab ón ard Dochtuir vd & ónMaghiſtir IoſaCrioſt arTtighearna do tioñſcna è, & tug ar lamhaib naNeapoſtal, & marſin, go fhoil à chiall, & à dheamhareacht os cionn an vile reaſúin nadurtha iar na ardú.*

2. *Sinne amh, ag rochtain (maille re mór mhaith, & mór throcaire Dé) go haimſir dlighe na nghras, & mar an cceanna ag tabhairt ceada do gach ſimpliach, & vmhalchroidheach dho lathair (gan dul amú na an earraid) an teagaſc ſin dfoillſiú, mar à deir an ſuibhſcéol:* Admhaim dhuit á Thighearna, à Athair, Nimhe & Talamhan, gur cheilis ſo ar na Crionnaí, & gur fhoillſigheis iad dona Huiriſlibh, .1. *ar lucht vobhair, Phoimpe an Tſaoghail, & tugais rèna ttuicſint iad don druing ſhimpli neamhuoabhreacha do ní do réir.*

3. *Ar an adbhar ſin, an ainim na Trionoidi ro Naomhtha, le cobhair an Spioraid Naoimh, & lé guí na Hogh Mhuire Mathair Dé, bioth go ſhoil an*

plici,

plici, rudiq; ſtilo, claro tamen & intelligibili pro ſimplicium captu) hanc Chriſtianam quoad conſequi potui, explanare decreui doctrinã: *Quæ vberrimum, ſuauiſſimum, ſaluberrimumq; eſt lac animarum, in quo animæ ac Chriſtiani ſpiritus alimentum conſiſtit, quem ſub Sacræ Scripturæ clypeo protegitur, ſecundùm quod Dominus noſter docuit Apoſtolos.* Bouauent. Othoſi. de Doct. Chriſt. c. 1. *Deindè ab Apoſtolis ſanctæ Matri Eccleſiæ tradita eſt, quamq; quotidie ſancta Eccleſia Chriſtianos docet.* Belar. c. 3. de Symbol. Apoſt.

4. Hanc autem doctrinam ſanè ſalutarem, ſcire & profiteri omnes Chriſtiani tenentur ſub periculo ſalutis, vti eſt myſterium Fidei, quod in Symbolo Apoſtolorum & in articulis Fidei explicatur; non enim ſufficit hæc ſcire leuiter ſeu ea credere in communi, vti ſcilicèt credit ſancta Mater Eccleſia. Sed etiam aſtringimur ſub peccato mortali, myſteria fidei diſtinctè & perfectè ſcire, quod Eccleſia quotannis ſolemniter docet, vt myſterium SS. Trinitatis, id eſt, vnum ſolum verum Deum, Creatorem omnium, qui rectiſsimè gubernat, regit & conſeruat, ſicut in Euangelio habetur: *Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Ioan. 17. n. 3.* Eundemq; eſſe vnam ſubſtantiã, tres Perſonas, & vnum ſolum Deum verum, Patrem ſcilicèt, Filium, & Spiritum S. quarum ſecunda ſolùm Perſona ſcilicèt Filius aſſumpſit humanitatem Spiritu S. cooperante, natus ex Maria Matre ſemper Virgine, & ad nos redimendos, mortuus & ſepultus, & tertiâ die à mortuis reſurrexit, aſcenditq; ad cælos, vndè venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & quod hîc Dominus ſubſtantialiter, veriſsimè, & ſine vllâ dubitatione in Sacroſancto Sacramento Euchariſtiæ ſit. Erroneum enim eſt aſſerere quod ſolùm ſufficiat, vt Chriſtiani credant generaliter quicquid Eccleſia credit, vndè vt iam dictum eſt, tenetur quilibet

Teagaſc ſo fá bhrat mherigeach, mhiſceamhach-mbriathar neamh chuiallta, neamh ſhnaſta; gidheagh ſo thuicſeanta dhona dhuinibh ſimplı; do chuireas reomhan fam dhicheall an Teagaſc Crioſtuí ſo do fhoillſiú. 1. Bainnicí ſeímh, millis, ſlainteamhaill na nanam, ina fhoil beatha anama an Crioſtuí & cothudha ſpioradalta, ſá dhion Sgeithe an Scriptuir do reir mar do teagaiſc ar Trighearna dona Hapoſtalaibh, & dfagadar na Hapoſtail ar laimh na Heagluiſe è, & à ta an Eagluis go laoitheamhail dha theagaſc dona Crioſtuithibh.

4. *An teagaſc ſlainteamhail ſo, à ta ſe dhuolach, & do riochtanas a bheith ar eolas ag an vile Crioſtuí & à bpein à ſlanuithe; amhail mar à ta Deamharrúin an Chreidimh fhoillſithear à Ccrée na Neapoſtal, & an Airteagaluibh an Chreidimh, or ni leór creideamh go coitcheann. 1. chreideamh, mar chreideas an Eagluis; acht amh, à ta doulach oruinn fá phein pheaca mhairibh, eolas do bheith aguin ar dheamharrunnibh an chreidimh, go ſo leir, ſollas, idirdhealaithe, noch theagaſcas an Eagluis go ſolamanta gach à bliabdain; mar à ta, myſterium na Trionoidi ró naomtha, aon Diá amhain firineach, Cruthaithoir na nuile, Cheartſtiuras, riaghlas, & chomeadas an vile ní: mar à deir Oein:* Ag ſo an beatha ſhiorruí, go naithnagidh, thuſa ad taoin Diá amhain fuineach, & an tí do chuiris vait Ioſa Crioſt; *Agus gur ab aon tſubſtaint amhain è, tri Pearſana, & aoin Diá amhain firineach. 1. Aithir, Mac, & Spioradh Naomh, & à ſe an dara Pearſa dhiobh ſoin amhain, do ghaibh vime colann daona. 1. an Mac, maille re comboibriú an Spioraid Naoimh, iar na bhreith maille re Muiri oigh ſhiorraighe, & dar fhuoſclaíe, fuair bás, do hadhlacadh, do aitheirigh an treas lá ò mharmhaibh, do chuaig ſuas ar neamh as ſin tiicfas do dheanamh breitheamhnuis ar bheoibh & ar mharmhaibh, & go fhuil an Tighearna ceanna ſo go firineach, ſubſtainteach, gan chuntubhairt ar bioth, à Naomh Shacrament na haltorach; as eiradeach amheas no aradh go mo leór dhona Crioſtuithibh go ccreitidis go coitcheann gach ni Chreideas an Eagluis, or mar do reamhradh à ta dhiachaibh & duolach ar an vile Chrioſtuí eolas do bheith aigi ar dheamhairruin an creidimh,*

bet

bet Christianus scire, mysterium Fidei manifestè, & sine vllo dubio, tenetur etiam scire mandata legis Diuinæ, & Ecclesiæ, sub pœnâ peccati mortalis, & intellige hæc, non solùm violari factis & verbis, verùm etiam cogitatione, cùm quis delectatur in ipsorum transgressione, vel eidem consentitur. *S. Thomas 22. q. 2. art. 7. Nauar. c. 11. n. 2. Tole. l. 4. c. 1. Bannes Petr. de Ledes. Azor. aiunt esse comm. sent. omnium Doctorum.*

go foscailte gan chumntabhairt ar bioth, à ta fós duolach ortha fios aitheanta dlige Dé, & na Heagluise do bheith aca fa phein pheaca mharaibh, tuig, nach è amhain go mbristear iad le gniomh, & le brethir, acht fós le smuaineamh, ag fail tainthnibh ina mbrisi.

5. Postremò, oportet Christianum scire omnia Sacramenta quæ sunt de necessitate salutis recipienda, & instituta à Christo Domino (tanquàm media ad nos salãndos) quorum primum est Baptismus, qui qũasi cæterorum ianua est & lauacrum, quo à peccato originali abluimur, & à peccatis actualibus Baptismum antecedẽtibus. Quicumque vult saluus fieri, ex hoc Saeramento renasci debet. *Bannes 2. 2. q. 2. n. 7. & 8.*

5. *Fà dheire as riochtanas dhon Chriostui eolas do bheith aigi ar na Sacramentibh go hulighe noch as riochtanas do ghlaca chum à slanuithe, & do thionnscain Criost ar Ttighearna (amhail medhoen ar slanuithe) dar ab tosach an Baiste, à ta amhail doras dhona Sacrament ele, & forthaca lé nitear sinn ò pheaca an tsinsir & ona peacaibh gniomhach rie mbaistidh. Gibe le na meann à slanudh ní fulair dho à aithbreith mailleris an Sacrament so.*

6. Secundum est, Sacramentum Pœnitentiæ, quæ est secunda tabula pòst naufragium, & per quam peccatorum post Baptismum commissorum, remissionẽ consequimur in confessione, si ad illud Sacramentum ritè dispositi accedamus.

6. *A si an Aithridhe, an dara Sacrament. 1. an dara clár tar eis na luingbhristi do berthar dhon Chriostuí, & as leis do gheobhamaid maifeachas ár bpeacuí son fhóisidin má ghlacaid è, & mathemaid dha vnsuí go diongamhaltha coir.*

7. Tertium, est Sacramentum Eucharistiæ, in quo Dominum nostrum Iesum Christum Deum simùl ac hominem, verè ac realiter præsentem esse, firmiter credendum est. Eundemque in sacrâ communione recipi: prætereà necessariũ est vt omnes Christiani sciant quem orare, & cuius auxilium implorare debeant in omnibus suis necessitatibus, nempè Dei omnipotentis.

7. *A si an Eucharistia, an treas Sacrament. 1. Sacrament na haltorach, ina fhoil dfiachaibh oriam à chreideamhain go ro Sheasmhach ar Ttighearna Iosa Chriost Diá & duine firineach dho bheith ann do lathair gan chuntabhairt ar bioth: noch ghlacar mar an ceanna san Naomh chommaine: ina cheann sin ní fulair don vile Chriostuí, & à ta dhuolach ortha, à fhios do bheith aco, cia ar à sirthid cobhair. 1. ar Dhiá vileachomachtach.*

8. Interim ego non potui non dolere ac commoueri, cùm viderem tot Christianos per orbẽ errare, ignorãtes ea, quorũ cognitio maximè necessaria est ad salutẽ. Cuiusmodi sunt Oratio Dominica, Symbolũ Apostolorum, articuli Fidei, ac Dei Præcepta.

8. *Ni feidir leam gan à goileamhain orom, le iomad truaidh & aithmheil romhoir, ag faicsint an ro iomad Criostuithe à ta ar seacharan an feg an Domhain, an vireasbu eolais na nithe as mo à ta na riochtanas; mar à ta an Phaidir, an Chré, & aitheantha Dé.*

9. Plerique tandem (proh dolor!) ita ignari sunt, vt interrogati de his quæ ad salutem pertinet, scilicèt, quis sit Christus, an ad nos redimendos mortuus fuerit, aut quæ

9. *Fá rior as iomaduil ar seacharán dhona Criostuighthe à ta chomhainsheasach sin, an tan fhiosruighthear dhiobh na nithe as riochtanas chum à slanuithe. 1. gan à fhios aca cie he Criost, no ar fhulaing bás dhar slanú, na cia na Hatheansint*

ſint Præcepta obſeruanda, deque alijs plurimis quæ neceſſariò ſcire debent, omninò ineptè reſpondeant.

10. Quod Chriſtiani hæc ignorent, poteſt bifariam accidere.

11. Primò, quia deſtituũtur Patribus aut Paſtoribus, vel ſi exiſtãt; docere tamẽ negligũt populum, qui defectu doctrinæ miſerè perit.

12. Tunc autem Chriſtiani non peccant mortaliter propter hanc ignorantiam quæ inculpabilis eſt, quia non habent qui eos doceat; caueant itaq; Paſtores ne negligentes ſint in fungendo ſuo munere ergà gregem, & illi ſi negligentes fuerint, ſciant ſe pro ſuâ incuriâ acerrimis, aſperrimiſq; inferni pœnis cruciandos, vt teſtatur P. Emanuel Sa, dicens: *Potius crediderim condemnari eorum Paſtores ob negligentiam docendi.* Vndè etiam Cõcilium Tridentinum ſic præcipit.

13. *Archipreſbyteri quoquè, Plebani, & quicunque Parochiales, vel aliàs curam animarum habentes, Eccleſias quocunque modo obtinent per ſe, vel alios idoneos ſi impediti fuerint, diebus ſaltèm Dominicis & Feſtis ſolemnibus Plebes ſibi commiſſas pro ſuâ & earum capacitate paſcant ſalutaribus verbis; docendo, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, annunciandoq; eis cum breuitate & facilitate ſermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas ſectari oporteat, vt pœnam æternam euadere, & cæleſtem gloriam conſequi valeant. Concil. Trid. ſeſſ. 5. c. 2.*

14. Ad cuius confirmationem ipſum Cõcilium docuit, & admiſit Catechiſmum Romanum, authoritate ac mãdato Pij V. Pontificis Maximi editum. In quo quatuor explicantur, nimirùm: quid credendum, quid petendum, quid operandum, & quid recipiendum ſit. Præcipiendo Paſtoribus populos hæc quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, docere. *Poſſeuin. c. 4. de Doct. Chriſt. q. 1. 2. 3. 4. 5. Conc. Trid. ſeſſ 24. c. 4. de refor.* Inſuper conſtitutiones Synodales præcipiunt viſitatoribus Parochialium, mandare Paſtoribus, vt Pleta as dual do chomead, & móran ele, à ta dhuolach ortha dho bheith ar eolas aca, gur freagara diomhain neamhcheillighe do bhearuid ionta.

10. *Gan ſo dho bheith ar eolas ag na Crioſtuthe, do beidir à theacht fá ndeara ar dha chuis.*

11. *An chead chuis, do vireaſbuidh aoighuridhe, & Aithreach do theagoiſcachad; no ma bhiod aca, bhios neamhchurumach, faillightheach à tteagaſc dhon phobul, noch à ta go ro thruomheleach à dúl da dhith.*

12. *An trath ſin ní pheacuid na Crioſtuighthe go maratheach ar ſon an ainifleis ſo do bhrigh gur neamhchiontach è, do eaſbúigh ide múnte; ar an adbhar ſin tugadus na haodharidhe an aire gan bheith faillitheach, neamhchuromach à deanamh an offigi don phobul. 1. an tred àta ar à ccurum, & ma bhid bioth à ſhios aca, gur ro ghear, cruodhalach, nimneach, ceaſfear iad à bpiantaibh Iofreinn, mar, chuir cas ſios an Taithair Emanuel Sáa, leis na briarthaibh ſo:* As mo as barúlach me, go ndamanothar na Haodhurí tré na fhallith à teagaſc an Phobuil. *Maran cceadna, fogra, an chombairle Thrion: mar ſo.*

13. A AirdSagairthaibh, à Bhecairí mar an cceanna, & gibe ar bioth SagartPoraiſti, no ar à mbiaidh aon churum ele anam, gibe ar bioth modh ar ambiaí curúm Eagluiſi ar bioth air, ina Phearſuin féin, no maille ré neach ele iomochuibhe (ma bhion ſe féin go diſteanach tuiremeaſcach) go harithe gach à Domhnuig, & gach à la ſaoire ſolamunta beathaid na Poibleacha, & an Tread bhias ar à ccùrum do reir à ccumais & tuigſeana gach coda dhiob le briarthuibh ſlainteamhla, ag teagaſc dhaibh na nithe as vireasbúigh ortha an eolas do bheith ag an vile Crioſtuí chũ à ſlanuithe, & da chur ſios dhaibh le comhra vruſa achumair, & na dubhailche do sheachna, & na ſubhailche as vireasbuch ortha do glaca, do shealabhudh; chum go ſeachnadis an Phian shiorraí, & go mo fiú iad an ghloire Neamhdha do shealabhú.

14. *Dha dhearabha ſin: do theagaiſc, & tug amach an chombairle cheaña an Catheciſmus Romhanach, le hughdarras & le fogra an Phapa Pius V. ina foillſiathar 4. nithe. 1. cread chreidfear, cread ghuifeár, cread oibreochar, & cread ghlacfar. Ag fogra dhona Haodhuruib na nithe ſo as riochtanas ddo teagaſc da bpoibleacha; & coimhthionol na Heaſbugoidi,*

bes

bes sibi commissas Christiana doctrina instruant, & vt ijs singulis diebus Dominicis prædicent: *Hæc enim doctrina fundamentum est vitæ spiritualis & sustentaculnm, quod cui deerit maximè periclitatur, ne damnetur in æternum. Const. Synod. Toletan. sub Card. D. Ber. Sandoual. const. 5. n. 1. de Fide Bonau. Hosi. c. 1. de Fide.*

15. Verùm quidèm est quod Pastor suo officio satisfaciet, Christianã doctrinã coràm Altari, vel in pulpito docẽdo, vel aliũ idoneum substituendo, vt Concil. Trid. præcipit.

16. Itaque rogo vos Patres ac Fratres in Christo dilectissimi, nimirùm Pastores animarum, Piscatores hominum, Prædicatores veritatis, Candelabra lucernæ Fidei, & Sacerdotes Dei altissimi, vt cum magnâ curâ atquè diligentiâ hanc doctrinam saluberrimam gregem vobis commissum edoceatis, suauiter, simpliciter, clarè, ac distinctè laborem ferentes, atquè sudorem; si vestem illam immortalem (quam Dominus Deus vobis promisit) induere velitis, ne gregem Christi sanguine præciosissimo redemptum, in vngues luporum rapacium infernalium incidere permittatis, opprimendum ac suffocandum in caliginosi barathri faucibus, cauendum igitùr ne contemptui habeatis, neve parui æstimetis hanc doctrinam salutarem, sed imitemini, verùm Pastorem Dominum nostrum Iesum Christum, qui eandem solemniter & publicè coràm Doctoribus in templo Ierosolymitano, duodecimo ætatis suæ anno, instituere cœpit, & exindè vsquè ad ascensionem in cælos ad dexteram Dei Patris; admonendo Sacerdotes, vt eandem doctrinam, gregem doceant, iuxtà illud Euangelij: *Vos vocatis me Magister & Domine, & benedicitis: sum etenim: Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Ioan. 13. q. 13.* Quare non debemus despicere officium hoc, in quo nos constituit, Magister ac Dominus noster Iesus Christus, ad Christianos docendos.

fogra an ní cceana do lucht fiofruighthe na bporaistidh à fogra & da chur do churum ar na Haodhuiribh an Teagasc Criostuí dho mhuna dhona Pobleachaibh bhios ar à ccurnm, dha sheanamoir & dha theagasc dhaibh gach à Domhnuibh & la saoire solamonta: Or à se an Teagasc Criostuí so as vaithneadh & as gabla fulaing fan mbeatha Spioradalta, & gibe ona tteisteocha an teagasc Criostuí à ta à bperiacail à dhamanta dho sior.

15. *As fior: go ccomhlionnan an Taoiridh lé an offig, à múna an teagaisc Criostuí ag an Altoir, no san phuilpid na seanamora, no pearsa ele iomochuibhe ar à shon mar fhogras comharle Threont.*

16. *Da bhrigh sin à Aithreacha, & à dhearabhrathreacha à Ccriost. 1. Aodhuireagh na nanam, iascaruidh na nduine, à seanamóntaithe na firinne, à lochruinn shoillsi an chreidimh, à Shagartaibh ard Dé mhoir vileachomhachtaigh, ro churum & ro aire dho bheith agàibh, ar an teagasc slainteamhail so do mhuna dhon Tred à ta ar úr ccúrum, go seimh, singil solas & idirdhealaithe gan fiachaint dhar nduo, na dhar saothar; mas meán libh irruidh dho mharatha na ngrás do chur vmoibh do gheall ar Ttighearna Diá dhibh ar son gan an Tred do cheanuig Criost go ro dhaor le an fhuil ro vasail féin do legean à Ccrobhuibh na fhaolchon Nimhe Iofrinndo dha mucha & dha nicheanna sios an nuibh Chraos Iofrinn; tugaidh fós dhur nairidh, gan bheith tarcaisneach, na neamhcheanamhail ar an teagasc slainteamhail so, ach leanuig an Taodhaire fireneach ar Ttighearna Iosa Criost, do thioñsgon à Theagasc an 12. bhiághan dha aois, à Tteampúl Ierusalẽ do laithair na Ndochturidh, & oshoin amach go ndeacha se suos dona Flaitheasaibh ina shuidh ar Deis Dé Athar, à fogra dhona Sagartuibh an teagasc ceanna dho mhuna dha ttred, do reir mar à deir an subhsceol:* Goirthise dhiomsa à Mhaghistir & á Thighearna, & as maithadeirthai soin or as me soin (& aris) do thugas sompla dhibh, ionas mar do rinnemissi deangaidhse mar an cceanna. *Marsin ní coír dhuin tarcuisne, na neamhchion do bheith aguin ar an offig so dorduigh, & do chuir siós duin ar Maghistir, & ar Ttighearna Iosa Criost chum na Ccriostuithe do mhuna.*

17. Multi existimant difficilem hanc doctrinam senibus, rudibus, hebetisq; ingenij hominibus esse, potest enim contingere vt illi horum luce careant, quæ in Doctrinâ Christianâ continetur. Verùm quamuis sit laboriosum articulos & symbolũ Fidei, orationem Dominicam, Dei mandata &c. memoriæ mandare, facile tamen hæc eorum intellectui imprimi possunt frequenti repetitione & explicatione tàm clara, ita vt intelligant quid credant, operentur, orent, ac recipiant, præsertim si interrogẽtur verbis clarissimis secundùm eorum capacitatem ac intellectum, vt sic substantiæ rei respondeant. *Posse. c. 4. q. 4. 8. & 9. Azor. p. 6. l. 8. c. 6. q. 2. 5. & 6. Tolet. l. 4. c. 4. n. 10. Nauar. c. 11. n. 20. D. Tho. q. 22. ar. 7. 8. Siluest. l. 1. n. 6. Bann. in D. Tho. l. 1. art. 8. Emericus p. 1. direct. q. 12. n. 3. Pegma cono. 2. p. 9. 12.* Interrogati v. g. circà mysterium sacrosanctæ Eucharistiæ, sic: vidisti ne Christianos sumentes communionem à Præsbytero, eumq; Missam celebrantem, hostiam consecratam eleuantem, & quod populus eam veneratur & adorat? fatetur, verum id esse. Sed dices: scias Deum reuelare ac Ecclesiam docere, illam hostiam quæ panis antè consecrationem erat: pòst consecrationem speciem panis conseruare, & quod tamen non sit panis, sed verus Deus & homo: ex Maria Virgine natus, mortuus & sepultus, qui resurrexit tertiâ die, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, qui venturus est iudicare viuos & mortuos. Credis hæc omnia? dicit quod credit, prætereà scias, Deum ac Ecclesiã nobis præcepisse, vt credamus eundem Dominum in Cælo adesse sine vllà absentiâ; itemq; in omnibus hostijs consecratis per vniuersum orbem: est ne hoc verum? dicit quod sic, item interroga eum, quæ sit Ecclesia: Et si agnoscit esse Christianos, agnoscitne quod Papa sit eorum caput? dicit quod verum sit, & sic imprimendo eorũ memoriæ: quod con-

17. *As doil le moran, gur deacairan teagasc so dho mhuna dhona sean nduinibh & dona duinibh dúr intleachtach, ór as féidir solas na nithe so fhoillsiathar san teagasc Crioștuí do bheith na nuireasbuidh. Bioth gur doculach saorthach Ortha an Tighearna, an Chré, na Harteagail, & Aitheanta Dé &c. dhaibh do chur dho mheamhair, ámh, as vrusa iad do chur na cciomhne, da niomora & dha fhoillsiú dha lathair go solas sothuicseanta, ionnas go ttuigid cred chreidsid, guisid, oibreochaid, & ghlacsaid, go hàireithe ag fiafruí dhiobh le briarthaibh boga sotholsceanta, do reir an inntleachta & à ttuicseana, ionnas marsin go fhregaradh substaint na nithe fhiathrochar dhiobh. i. ar dheamhairruin Shacrament Neaomh choisirice na Heuchariștia. i. na Haltorach, mar so, an fhaca tú na Crioștuithe, à glaca chummuineach ó an Tsagart, & è ag radh Aifrinn ag togbhail suos dho na Habhlainne Neaomhchoisiriche, noch onoras & aodhras an Pobul, à dera gur fiór sin, abair ris: bioth à fhios agad go fhogran Diá & go tteagascan an Eagluis dhuinn an Abhlainn úd do bhi ina haran sul do Naomhchoifreagadh í, & fós à nois gne arain úrthe, tar eis à Naomhchoisrice; gidheadh ni aran í acht Diá firineach, & fós duine do rug Muire ogh, fuair bás do hadhlacagh, do aitheirigh an treas lá, à ta na shuí ar Deis Dé Athair vilechomhacetuí, tiocas à deanamh breitheamhnais ar bheoibh, & ar mbamhaibh? an ccreidi so vile? à deara go ccreidean. As à chionn sin bioth à fhios agad, go fhogran Diá & an Eagluis dhuinn à chreideamhain, go fhoil an Tighearna ceanna ar Neaomh, gan teasbail as ar aon chor, mar an cceaanna an sna Hamhbhlainnibh Neaomhchoisirice ar fedh na Cruinne go hiomhlánn an fiór so? à deara gur fiór; fiafra fós dhe cia hi an Eagluis, & mas eolach dho gur ab é an Papa as ceann orthe? à deara gur fiorsin, & marsin à cur na ccoimhne, gur ab è comhtheanól na Ccrioștaithe farre à cheile dhar ab ceann an Papa, as Eagluis ann; creidthe so, mar fhoillsios comhairle Threonnt, so dsoillsiudh dhaibh:* Le briarthaibh achamuire, furasa. *Mar an ceanna, ma fhiafruian tú dhe cread é cumann na Neaomh; mar so, an fhoil à*

gre-

gregatio Christianorum, cuius Papa est caput, sit Ecclesia, & hoc credit, vt Concilium Tridentinum declarat: *Annunciandoq; eis cum breuitate & facilitate sermonis.* Item si interrogas Sanctorum quid sit Communio; hoc modo, scisne quod eadem Sacramenta Christiani obtinent, dicit quod sic, scias prætereà quod eodem baptismo Rex & seruus, diues & pauper, abluuntur, eandemq; absolutionem pauper & Rex accipiũt, ac recipiendo sacram Communionem: eundem verum vnumq; Deũ sumere &c. dicit se verè credere illa, & tali modo explicabũtur cætera Sacramenta ac bona opera, quæ Communio Sanctorum appellãtur; & qui hoc intelligit, hunc articulum intelligit, & sic ad Dñi exemplum suauiter & pacificè doceantur, vt ait Euangelium: *Discite à me quia mitis sum & humilis corde, iugum .N. meum suaue est, & onus meum leue, & inuenietis requiem animabus vestris.* Sic Patres dilectissimi operam adhibete, vt officio vestro satisfaciatis, absquè fastidio aut negligentiâ in hoc quod vobis maximo est oneri; hæc est etiam doctrina quàm Apostoli docuerunt, & per orbem prædicarãnt ex Dei mandato: *Euntes ergò docete omnes gentes baptizantes eos, in nomine Patris,† & Filij,† & Spiritus S.† docentes eos seruare omnia quæcunq; mandaui vobis seruare. Matth. 28.*

18. Secunda ratio ex quâ hæc ignorantia Christianorũ nasci potest, eorũ incuria est, qui (quamuis Magistros ac Patres quotidie habeant) nolunt tamen ad doctrinam illam audiendã accedere, idq; ex contemptu aut negligentiâ accedere potest, qui tales propterea in statu peccati mortalis versãtur cuiuscunq; status aut dignitatis sint, & pertinaces in suâ ignorãtiâ, scilicèt eorũ quę sibi maximè necessaria sunt, esse videtur; imò quamuis solum hoc peccatũ committerẽt suffi ceret, vt condemnationis sententiã subirẽt?

19. Scias, prætereà quod ignorãtia crassa seu contumacia eorum, illos non excusabit,

fhios agad gur ab ionann Sacramẽt à ta ag na Criostuithibh? à deara gur fiór soin; abair ris: bioth à fhios agad, gur ab ionann Baistí ata ag an Rí, & ag an oglach, ag an saoibhir & ag an ndoibhir; & sós an easbuloid cheannaigh ag an mbochtán & ag an Rí, as ionann glacaidh í, à glaca fós chummuineach dhaibh, as aoin Diá amhain sirineach ghlacaid; à deara gur fiór sin vile, & ar an modh cceanna foill seothar dho na Sacrament ele, & na deagh oibreacha dha ngoirthar cummunn na Neaomh, & an tí thuigeas so, tuigise an arteagail so, & marsin, do reir somplo an Tighearna, à theagasc go ceannsa, seimh, simplidh; mar à deir an suibhsceol: Foghlomaidh voimsi, ór à taim ceannsa, & vmhlachroidhach, ór as seimh furasa mo choingh, & as eadrum muolach, & do ghebhathi suomhneas siorraí dhar nanamaibh. *A Aitreacha ionuimhne tugo dhár naire bhur noisig do chöblionaibh, gã tuirsi, na leisce da bhur ngabhail añ sna neithibh à ta oraibh ina ro volach; ór se an teagasc ceanna do mhuineadar na Hapostalaibh, & do sheanamonadar ar fegh an Domhain ar fogra Dé:* Ar an adbhar sin imdhe à teagasc na nuile chiniach, dha mbailí an ainim an Athar,† & an Mhic,† & an Spioraid Naoimh,† à teagasc dhaibh go ccoimeadadais gach vile ní dfograsa dhibh do chomead.

18. *An tara resun, no cúis as à féidir an tainisbios so na Criostuithe dfás, is as à seachmul féin agus à neamh aire do fheidir à theacht (ma à ta go mbeidis Magl istri, & Aithreacha aca mhuinfeagiad go laoethamhail) nach ail leo dul diarraigh an teagaisc sin, le taircaisne, no leisce aoiseiacht, à taid sin ar staid pheaca mharaibh do shior, seasmhach dúr, na nainisheos, gan na nithe as mo à ta ina nuireasbuí dfúolaim, & bioth nach beg ortha acht an peaca so amhain, as léor é dha namhnuidh?*

19. *Bioth à fhios agad nach saoran an anisbios an drung lena feidír eolas dfail ar na nithibh so & an chuid aca à deir gur maith leó gan eolas do bheith aca ar Airtiogaluibh an Chreidimh, na ar na Haitheantaibh, deagla nach tiocfag leó à ccomhlionagh, as mor à taid ar na mealladh, ór as ionã dhaibh sion dho radh, & à eiteacht eochrach Rioghacht Nimhí do glaca, ar eagla go rachaidis asteach ann.*

cum

cum ea addiscere potuerint, & qui dicunt se gaudere quod Fidei articulos, ac Dei mandata ignorent (ne ea adimplere possint) magnoperè decipiuntur, idem est enim ac si dicant, se nolle Cælorum claues recipere, ne ingrediantur.

20. Eiusmodi verò homines absolutione priuabuntur, donec promittant summam diligentiam se adhibituros, vt ea quamprimùm addiscant, instruantur de mysterio SS. Trinitatis, & quemadmodum Dei Filius humanitatẽ assumpserit, nàm nisi hoc clarè profiteantur, saluari equidèm non possunt; hi enim si in suâ pertinacia & crassa ac voluntaria ignorantia perseuerauerint, reijciendi sunt, & nullo pacto absoluendi, nisi ea primo distinctè addiscant, vel propositũ firmum ea addiscendi habeant.

21. Hæc sunt quæ diximus maximè Christiano necessariò credenda esse. Prima causa ex quâ nascitur hæc necessitas, est defectus notitiæ credendorum, id est negligentia addiscendi ea quæ ad salutem pertinent. Fides enim est lumen quo Christiani in vias ac semitas salutis diriguntur, & à vijs ac semitis perditionis declinant ne damnentur.

22. Secunda causa, necessitas Fidei est, & damnũ quod ex Fidei Christianæ ignorantiâ prouenit; Dei enim honori maximè aduersatur, Ecclesiæ Sacrosancta Sacramenta contemnere, atquè sanguinem Domini ac Passionem quæ Sacramentis insunt, vt thesaurus magnus ad vsum & vtilitatem Christianorum, v. g. Sacramentum pœnitentiæ, quod omnibus hominibus pòst baptisma necessarium est, sæpè namque aliqui ad Sacerdotem accedunt absquè contrione de peccatis, & sine præmisso diligenti conscientiæ examine, quibus subindè hæc medicina quæ ad eorum salutem prouocandã conducit, in venenum lethale conuertitur; eodemq; peccato corpus Domini indecenter assumunt, & cætera Sacramenta.

23. Tertia causa est, damnum quod accidit ob defectum huius fidei, vndè fit, vt rudes & imperiti in ijs sint, quæ illis maximè necessaria sunt, atquè ideò non animaduertunt periculum quod illis imminet, ipsum nihili

20. An drung so coinniathar iad ó asbuloid nogo ngabhaid re ais go dichileach & do lathair à fhouluim; teagaschar dhaibh Deãhairuin na Trionoidi ro Neamtha, & mar do ghaibh vime Mac Dé colán daonna, or mo na ccreidid so go follas, ní bu féidir à slanudh, & fós ma chomhnuid ionna nainifhios, na tucar asbuloid dhaibh ar aon chor no go rabhaid na nithe so ar eolas aca, no inntinn sheasbhach dho bheith aca àfhoulaim dho lathair.

21. So iad na nithe à duramair do bheith ar an Criestuidhe do riochtanas à ccreite. An chead chuis as à fhasan an riochtanas so, is as diobháil eoluis ar na nithibh, as cóir dhon Chriostuí dho chreideamhain .1. mainneachnuidh fhoulama na nithe bhenneas rena slanugh. Or àse an creideamh solas le stiurthar an Criostuí ar shlithe à shlanuithe, & fós le seachnañ slite, & cosain na nolc. 1. an dhamanta.

22. An dar cuis, no resun as à ttig an diobhail gan à Teagasc Criostuí dho bheith ar eolas ágna Criostuithe, à ta se go romhor an agaidhe onora Dé an taircasne & an neamhchion do berthar ar Naomh Shacramentí na Heagluise, & ar Phais, & ar fhuil Iosa Criost, à ta ionnta astigh ina stór rómhor fá chuinne na Ccriostuithe; mar à ta Shacrament na Haithridh noch as riochtanas don vile dhuine iar mbaistidh, or tigid an iomad go minic à fhioghnuise an Tsagairt gan aitreachas tré na pheacaibh, na scruda, na mionachuardú à ccoinsiais, & marsin an leigheas so fhonas dhaibh dha slanudh impoithear è ina Nimh mharathach; fós leis à ccoir cceana ghlacaid corp an Tighearna go neamh dhlisteneach neamh vmchuibheach & na Sacramẽti ele.

23. An treas cuis tré ttig diobhail dhaibh tré gan solas an chreidimh dho bheith aca, is as bheith ainifhiosach, neamh eolgasach ar na nithibh as ro riochtanas ortha chum à slanuithe, & mar sion, ní faicear dhaibh an pheriacail ionna fhoilid, & ní dhenid fuim dhí; ór silid gur leór dhaibh chum à

hili æſtimantes: arbitrantur enim ſufficere ſibi ad ſalutem ſi Eccleſiam cum cæteris Chriſtianis frequentent, ſicque pœnas inferni infligendas non formidant.

24. Hoc pacto, plerique illorum damnantur defectu ſcientiæ eorum, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, non aliter ac auceps, dùm ab auibus percipitur appropinquans ijs auolãtibus, perpaucas capit, verũ ſi retia abſcondat ita vt illæ eum non videant, aut ſentiãt, ingenti earum potitur prædâ, quod & Spiritus ſanctus declarat nobis per Prophetam, dicentem: *Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam, propterea dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque vllo termino. Iſai. 2.*

25. Numerus enim horum rudium & inſciorum maximus eſt, quod cùm ita ſit. Oro Paſtores, Patrinos, Parentes proprios, Confeſſarios, ac Concionatores, vt doceatis myſteriũ Fidei, & cætera neceſſaria quæ Chriſtianos ſcire oportet; ſic enim ne dùm officio veſtro fungemini, ſed & inſuper remiſſionem multorum peccatorum cõſequimini, iuxtà Pij V. P. M. conceſſionem qui 40. dierum indulgentiam peccatorum conceſſit vnicuique qui Doctrinam Chriſtianam addiſceret, vel doceret, vel docenti opitularetur. Gregorius verò XIII. hoſce 40. dies ad centum extendit §. hoc autem.

26. Primo itaque idiomate etiam Hibernico in lucem adere duxi (etiamſi non ignorem Hibernos quamplurimos tàm in ſacrâ Theologiâ, cæteriſque ſcientijs, quã in linguâ Hibernicâ excellere, quod Regno Hiberniæ patriæ meæ magis neceſſarium eſſe animaduerterẽ) in propriâ ac vernaculâ linguâ Doctrinam: tradi Chriſtianam, vt ipſam, ipſiuſque ſenſum clarè intelligant, nam alio modo eam percipere vulgus nequit. Ideòq; Apoſtoli donum linguarum acceperunt, vt vnamquamque nationem docerent: vt inueniatur. *Act. 2. Erant autem in Ieruſalem habitan-*

ſlanuighthe, ma theid leis an ccuid elé dho noCrioſtuithe dhõ Eagluis, leis ſin ní baoghleach leóIofrionn.

24. *As mar ſo damantar an iomad aca dureaſbú eolais ar na nithibh as riochtanas ortha chum à ſlanuighthe, amhail ſiaguidh na Neanluith, ag tiacht do lathair na Neann dha fhaicſint dhaibh, teidhid & as ro bheg ghabhas diobh, ámh, an tí choireas à lionta à ſholach, ar modh nach tugaid dha nairi è, ní an na Neann & na Neann ghabhas iad, acht, as ro mór aca ghabhas ag tuitim amhail dalacain à lionta à mbais: fá mar chureas an Spiorad Naomh ſios duin, mailleris an Fhaigh:* Sion an chuis fándearthnas braighde dom phobul, ar ſon à bheith ainifheaſach, gan eolas ar na nithibh do bú riochtanas dhaibh chum à ſlanuighthe; ar an adbhar ſion dfarſingidh Iofrionn à goille & dfoſcail à chraos gan tearma, na crioch ar bioth.

25. *Ar an adhbhar gur ro iomaduil imbir na druinghe dúre, ainifhiſaidh ſo, aithchunim ar na Sagairtaibh Poroiſte, ar na Cairdeachas Crioſt, ar naHaitreachaibh nadurtha, ar naHaithrieachaibh faoiſidine, & ar na ſeanamontaithe, deamhairruin an creidimh do Theagaſc (& an chuid ele as riochtanas & à ta duolach ar an Chrioſtuidhe do bheith ar eolas aigi) dhon tread à ta ar à ccurum, & marſoin, nihe amhain, go ccomhlionaſibh leis an oſig à ta dhuolach oribh, acht fós do gheathai an iomad maifeachais an úr bpeacaibh. Do reir an Phapa Pius V. tug amach dha fhitid lá do lough à pheaca do gach naon fhoulamas an teagaſc Crioſtuidhe, theagaſcas è, no fhognas, no dho bheir cognamh dho lucht à theagaiſc.* Fós *Gregoir XIII. dfairſinghig & do ſhínn an 40. lá ſo an céad lá §. hoc autem.*

26. *Do chuireas reombom ſo dfoillſiú ſan teangain ghaoilghe, ar an adhbhar (bíoth go ſholid an iomad do ſhuitlibh mora, & do Dhochturi ró fhoulama, nith à Ndiocht amhain, acht fós ang ich elaighain ele, & go ró ghaſta ſan Teangain ghaoilghe) nach foil ar Riocht no Herean (mo dhuthe nadurtha) ní as riochtanaſuidh, na an Teagaſc Crioſtuidhe dho bheith ar eolas aca ionna Tteangain nduthais, nadurtha féin, ionnas go ttuigidis go ſo leir í féin & à chioll: ór ar aon mhodh ele ní feidir dhon phobul chotien à thuicſint. & as vimi ſin do thug Diá dona*

tes Iudæi, viri religiosi ex omni natione quæ sub cælo est. Qui ad solemnitatem conuenerant, & Apostoli erant ita Spiritu sancto repleti, vt se continere nõ potuerint quin per vicos ciuitatis percurrerent publicantes summam bonitatem, misericordiam, ac Maiestatem Dei, ita incipiebant dispertitas linguas distinctè loqui, vt eos vnusquisq; linguã suam loquentes intelligeret. Forsan Ierosolymis erant tunc Hiberni, vt in traditione antiquâ Regni Hiberniæ dicitur.

27. Hiberni (nullâ ratione) linguas externas possent loqui, quin eas priùs addiscant? pari modo, quo pacto rusticus Hibernus cõcionem latinam, Anglicam, seu Gallicã, aut aliam externam, intelligat, nisi eam primo addiscat? si enim interrogatus fuerit quid in concione audierit, quidve intellexerit, quod respondeat, nescit.

28. Itaque miserũ est tot videre Hibernos, qui aliam nullam præter Hibernicã linguam norunt, orationem Dominicam, Symbolum Apostolorum, Præcepta Dei & Ecclesiæ, & cætera, quæ Christianus scire tenetur, corruptis ac indecoris linguæ Latinæ verbis recitare audentes, nescientes quid dicunt, sed garrientes instar Psitaci, qui si interrogẽtur, nesciunt quid rectè respondeant, dicuntque se non intelligere quod recitant.

29. Alia causa quare hanc doctrinam sic explicare velim est, quia nulla extat natio in vniuerso orbe quæ suæ Patriæ linguã natiuam scire, legere, aut scribere præclarum esse, non existimet. Apud Romanos in tanto prætio lingua Latina fuit, vt quamuis tunc probè versati essent in Græcâ, quæ tunc plurimi fiebat; Græcorum, tunc litteris ac nuncijs respondere dedignarentur, nisi Latino idiomate, sed postquam Græcos in suam potestatem redegerunt, simularũnt se Græcam linguam nõ intelligere, licèt eam probè scirent. Nequè hæc Romæ tantum vigebat consuetudo, verumetiam in totâ Asiâ, imò

Apostalaibh tiolaicí tẽgtha eagsamhla do labhairt iomas go mo sheidir leó gach Tír & gach nasiún sá leith do theagasg na tteangain dilis féin; ar na briarthibh só: Do bhi fár am sion à Ierusalem Duínne rialtha on vile nasiun dha shoil fán Spéir. *Do chuoaidh chum an Tsolamain sion, & do bhidar na Hapostail chomh lionmhar sion don Spioraid Neaomh, nach ar féidir leó suireach gan dúl amach ar fegh na maraghaidh & na sraidean, ag innsin & ag pobeliacht mór mhaitheasa, & mór Throcaire, & Mordeacht a Dé, ór tionnscnoid Teangtha eagsamhla idirdhealaithe, do labhairt, ar an modh go ttuigeach an vile dhuine iad na Theangain féin nadurtha, dhuchais; as cosmhuil go rabhadar Erennuigh an tan sin à Ierusalem, sá mar aithreastear an Erin go ró sheannda.*

27. *Ní féidir leis an Erenach (ó resún ar bioth) Teangha choimhtheach do labhairt, na thuicsint, mona shoulama í ar tus? ar an modh cceana, an Tuata bocht, simplidh Erenach cioñas tuicfi se seanamoir lainni, bhearla, shraincisi, no Teanga ele choigirithe, gan à solaim o thus? dha shiasruidhe tú dhe cred à duradh san Tseanamoir, ní shoil do shreagra aige, acht nach tuigeann se í.*

28. *Marsin as mór an truaidh à liacht Erenach, na soil aca acht gaoilaig amhain, à cur chum na Paidri, na crée, & úrnuithe ele na Heagluise do radh à laidin ró bhristi, & fós gan à shios aca cred à deirid, acht à gogalluig amhail Pioraide, no caoge do chuirseadh chum cainte; oir ma shiathriann tú cred adura, ní shoil do shregara aca dhuit, acht aradh nach tuigid an ní derid.*

29. *An chuis ele far chuireas reomham an Teagasc so dfhoillsiudh à Ngaoilaigh, ar an adhbhar, nach shoill Nasiún ar seag an Domhain nach onoreach leis bheith ceanamhail ar à Theangain féin, & à leagh, & à scribha. Tugadar na Romhanuig an viread sion do chion, & duoasle don teangain lainne, bioth go rabhadar go ró eolgasach san Teangain ngreagaig, do bhi go ceanamhail san namm san; tar à cheann sin ní ar shiú leó teachtarí, na leitricha na ngregach do shregra acht san tteangain lainne; & fós tar eis na Ngreagach do bheith futha,*

in

intotâ Græciâ, idque vt lingua Latina magno in honore haberetur, quod non parum cõfirmat Dionyſius Caſſius, qui refert, quod tametſi Imperator Claudius apprimè eſſet verſatus in linguâ Græcâ, eaque carminibus, prouerbijs, atquè adagijs Græcè contextis mirum in modum ipſum delectaret, Ciuem tamen Rom. Senatorem grauiter obiurgauit ob linguæ Latinæ carentiam.

30. Noſtrâ etiam tempeſtate Regum Oratores, ſeu Legati ad alia regna tranſmiſſi, nõ niſi vernacula lingua Regis ſui mandata denuntiant; interprete deindè ad ſui animi ſenſum aperiendum, & exprimendum vtentes. Cicero etiã multùm eos reprehendebat, qui linguæ Græcæ allecti amore, ſuam vili pendebant: *Ego ſatis admirari nequeo, vndè hoc ſit tàm inſolens domeſticarum rerum faſtidium. Ita ſentio, & ſæpè diſſerui.* Cic. in fam.

31. Quâ ratione conſentaneum eſt, vt nos Hiberni noſtram linguam & idioma retineamus, excolamus & extollamus, quæ, quod ita iacet deſerta, quaſi in obliuionem iret, tribuendum vitio eſt linguæ Hibernicæ Authoribus atquè Poëtis, qui eam verborum obſcuriorum varietate offuſcauerunt; nec culpa vacant plerique noſtræ Patriæ viri nobiles ac primarij, qui linguam ſuam (tametſi olim celebrem ac locupletem) reſpuentes, externas amplectuntur, in ijſque addiſcendis temporis iacturam faciunt, maternaque lingua (quæ ab antiquitate, perfectione, atquè elegantiâ maximè commendatur) pænitus eradicata, & exterminata eſt.

32. Ego autem experientiâ tanti temporis, quo in Hiberniæ regno Paſtoris officio functus fui, reperiebam nihil magis eſſe neceſſarium, quàm vt incolæ illius Regni Doctrinæ Chriſtianæ clarè, diſtinctè, breuiter, & Hibernico idiomate explicatæ, ſummam haberent, vt ita eam poſſint facilius intelligere.

62. M. *An fhaghaid an lucht malhaighthe ſoin ſolás na meanama ar hioth do chur orthaõ na Deamhnaibh?*

D. *Ní fhuighid go deibhin, ór gach ambhia an jofrionn biaid na neaſcardibh ag à cheile lán duruchoid & dfeirig, ar modh nach fuilingaid à cheile, dfaicſin na deagfhocal do labhairt ré cheile: do bhrigh gach naon don droing mhalluighthe ſó: go mbiai na nabhaid aige fein & ag cach, ar modh go fhuaithaigheann an Mac an Tathair & an ingheann an Mhathair, & fós na cumpanuigh ghradhacha do bheireadh cognamh dha cheile chum vilc & vrchoide fuathaid à cheile go dian daſachtach à bpiantaibh jofrionn.*

63. M. *An mbiaigh pian elé ar an ndruing ndamantuigh an eagmais an ndurais?*

D. *Biaigh go deimhin .1. cnuibh, no Péiſt an choínnſcáis bhiás da nithe, & da Ccreime go ró adhfuathmhar & da bpiana do shiór; ôr Mac na mallacht ag ſmuaineadh ar à pheacuibh, & ar an ccobhair, & ar na ſlightibh iomdhá do gheabhadh, chúm à shlanuighthe, & do sheachna na bpeacuidhe, aris comhairle & Teagaſc na Naithreach ſpiorradáltha, na deagh ſmaintidhe & tarang foiligtheach an chruthaightheora à ſeidi ánn & da ghairim chúm ſlíthe à shlanuighthe, à nois ámh, da fhaicſin féin da-*

infernalibus

infernalibus perpetuis pœnis, mirum in modum affligitur.

64. M. Credis ne aliquid aliud præter Symbolum Apostolorum & Articulos Fidei?

D. Credo equidem omnia quæ in Sacra Scriptura continentur, & ea quæ Dominus noster Iesus Christus suæ sanctæ Ecclesiæ reuelauit.

65. M. Quæ sunt illa?

D. Ne quæso id à me interroges, rudem & insciũm; nam sancta Ecclesia Doctoribus abundat, qui in hoc tibi respondere possunt.

66. M. Fatemur harum quæstionum explicationes solum ad Doctores spectare, & non ad vos Laycos: sufficit enim vobis Articulos Fidei, & ea quæ in Symbolo continentur scire.

manta tré na chionnta fein, abpiàntuibh josrioinn do shiór tré shàoghal na saoghal, as ró aithmheàlach ghoileas soin air & chéastar é.

64. *M. An ccreidean tú àoin ní elé, an éagmuis na cré & Airtiogail an chreidimh?*

D. Ccreidimh gach afhoil siós san Naómh Scriptúir, & à fhoillsian Criost ar Ttighearna dha Naomh Eagluis fein.

65. *M. Cià hiàd soin?*

D. Na fiafruighthear san dom chomh ainshiosach sa do dhuine; or ata an iomad Dochturidh ag an Eagluis le na feidir fhreagara do cheasta go iomachuimheach.

66. *M. Admhamaoid gur ris na Dóchtúribh bhenas freagra na nith soin, & nach ribhse na tuatuidhe: ór as leór dhàoibh eólus do bheith agaibh ar Airtegaluibh an chreidimh, & go harighthe, mar atà siós san Ccrée.*

TRACTATVS II.
SECVNDI LIBRI
DOCT. CHRIST.

In quo explicatur Oratio Dominica, & cæteræ Orationes Ecclesiæ.

CAP. I.

De Oratione Dominicâ.

MAGISTER.

1. COgnito iam satis illo quod credendum est, vt explicatur in primo & secundo libro huius Doctrinæ, modo sciendum est, quid sperandum, quidque petendum, & quo medio illud obtinendum?

D. Omne id, quod à me quæris, in Oratione Dominicâ continetur, quam nos *Pater noster* vocamus, quia illa de-

AN II. TRACHT
DON II. LEABHAR
DHON THEAG. CHRIOST.

Ina mínighthear an Phadear, & vrnuithe elé na Heagluise.

AN I. CHIB.

Ar vrnuighthe an Tighearna, dha ngoirthear an Phadear.

MAGHISTIR.

1. *OAtà à fhiós agad cià na nithe as cóir do chreideamhain, fa mar fhoillsighthear san chéd, & san ttara leabhar don Teagasc Chriostuidhe, anois ní fulàir à fhiós do bheith aguinn cia na ccuirfeam ar ndochas, cread shirfeam, & ciana medhoin lé ttiocfam chum à fhaghla?*

D. Gach asireann tú, ataid go hiomlàn an Orthaĩn an Tighearna da ngoirimidne an Pha-

monstrat,

monſtrat, quid petere, & à quo petere debeamus, & illammet orationem medium, quo petita impetremus.

2. M. Quænam eſt Oratio Dominica?

D. Eſt hæc, Pater noſter, quies in cœlis: 1. Sanctificetur nomen tuum:

2. Adueniat regnum tuum.

3. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terrâ.

4. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

5. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

6. Et ne nos inducas in tentationem.

7. Sed libera nos à malo. Amen.

3. M. Quis primo Orationem Dominicam compoſuit?

D. Dominus noſter Ieſus Chriſtus illam compoſuit ſuo ore ſanctiſsimo, vt nos orare diſcamus.

4. M. Quid eſt orare?

D. Mentem in Deum eleuare per pias ac bonas cogitationes, eum laudando, & benedicendo, propter beneficia in nos collata, auxiliumque implorando in noſtris neceſsitatibus.

5. M. Quæ ex orationibus præſtantior eſt?

D. Oratio Dominica, quæ Pater noſter nuncupatur.

6. M. Quare?

D. Quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus eam (petentibus Apoſtolis) compoſuit, ac pronunciauit, ſuo ore ſanctiſſimo.

7. M. Eſt ne alia aliqua ratio?

D. Imo quia continet omnia quæ à Deo petenda ſunt; & quia in ſe ſeptem pititiones (fundatas in omni charitate, nimirum, Dei ac Proximorum dilectione) continet, itaque deuotiſsimè debe-

bear; ór táisbeanaidh ſi dhuinn cread shirfeam, & cía ara cóir à shireadh, & fós aſí an vrnuigthe cheanna an medhon le fhaghmaid ſion.

2. M. *Cia hi vrnuithe an Tighearna?*

D. *Ag ſó î: Ar Nathar ata ar Naomh,*

1. *Naomhthar thainim.*

2. *Tigeadh do Rioghacht.*

3. *Deantar do thoil ar an Ttalamh mar do nithear ar Neamh.*

4. *Ar Naran laóetheamhail tabhair dhuinn à niogh.*

5. *Agus maith dúinn ar fhiacha mar mhaithmaoidne dar fheitheamhnuibh féin.*

6. *Agus na leig ſinn à ccathughadh.*

7. *Acht ſaór ſinn ô olc. Bio marſin, no deātar ſoin.*

3. M. *Ciá dhō rinne an Phaidear ar tús?*

D. *Ar Ttighearna Ioſa Crioſt do rinne î, le na bheól ró bheanuighthe féin, & do Theaguiſc; iomus go ma eól duinne vrnaighthe dho dheanamh.*

4. M. *Cread é vrnuighthe do dheanamh?*

D. *Ar nanam & ár ninntinn do thoghbhail ſuos chúm Dé le deagh ſmúaintidhthuibh, da mholadh & da bheannughadh tré na thiogh laichibh dhúin, & ag iarra ſhortachta air in ar riochtanas.*

5. M. *Ciá dhona húrnuighthaibh ás voáiſle & ás feàrr?*

D. *An Phaidear .1. ortha an Ttighearna?*

6. M. *Cread an tadhbhar?*

D. *Ar an adhbhar gúr ab é ar Ttighearna Ioſa Crioſt (ar guidhe na Neapoſtal) do rinne î & adubhairt le na bhéol ró bheanuithe fein î.*

7. M. *An fhoil agad cùis ar bioth elé?*

D. *Ata go deimhin, ór atà inte gach ní as inn iarrtha dhuinn ar Dhia, & fós go fhoilid ſeacht nachoingniocha inte preamhuighthe ſan vile charthanacht .1. à ngradh Dé & na comharſan; & ar an adhbhar ſan as cóir dhuinne à radh lé*

mus

mus eam recitare, quia Christus est aduocatus noster, & qui melius agnoscit quæ nobis necessaria erunt.

8. M. Quare Dominus nos admonet se Patrem appellandum?

D. Vt tanquam Filij eius adoptiui, omnia quæ nobis necessaria sunt, summâ cum spe ac fiduciâ ab ipso petamus.

9. M. Quare Patrem nostrum vocamus?

D. Quia ipse nos creauit, & ab eo habemus nostrum esse naturale, eiusque auxilio gubernamur, & regimur, dabitq; nobis gratiam tanquam filijs suis.

10. M. Quare Patrem nostrum vocamus eum; & non Patrem meum?

D. Ad significandum nos esse fratres, vndè æquum est vt nos inuicem amemus, quia filij sumus vnius Patris.

11. M. Est ne alia causa?

D. Est equidem, vt scilicet nos omnes Christiani pro alterutro nostrum oremus; quia oratio communis præstantior est particulari.

12. M. Quare dicis Deum esse in cælis, cùm sit omnibus in locis?

D. Verum est Deum esse omnibus in locis, sed vult ac statuit Dominus noster Iesus Christus, vt in hâc oratione dicemus Deum in cælis esse, quia ibi Angelis ac cæteris Sanctis se videndum manifestat, ibiq; eum aspiciunt facie ad faciẽ.

13. M. Habésne aliam causam?

D. Equidem habeo, nam cùm dicimus, qui es in cælis, cogitemus nos in hoc sæculo esse tanquam peregrinos, & aduenas, & quod nostra vera patria & hæreditas sit in cælo, ad quod præ omnibus alijs aspirare debemus.

hiomad dúrthacht: ór à se Crioſt ar Nabhcoidh, & as feár aga fhoil à fhios cia na nithe as mó atá na riochtanus orinn.

8. M. *Cread fá tteagaſcann ar Ttighearna dhuinn, Athair do ghairinn dhe?*

D. *Ionnus mar chloinn toghtha dho féin go ſirfamaois air gach ní as riochtanas dhuinn, le iomad dochais & muinighne à fhaghla.*

9. M. *Cread fangoirimid ar Nathair do Dhia?*

D. *Do bhrigh gur ab é do cruthaig ſinn, & gur ab vaigh ata aguinn an bheith nadúrtha atá an núinn, & gur ab le na choghnamh ſiurthar & riaghalthar ſinn, & go ttiubrá dhuinn graſa mar chloinn do féin.*

10. M. *Creàd fa ngoirimid ar Nathair dhe ſeoch & mo Athair go haonuracanach?*

D. *Da chur à cceill gur ab dearabhrathreacha dha cheile ſinn, ar an adhbhar ſoin as iõchuibhaidh dhuinn à cheile do ghradha mar chloinn aon Athar amhain.*

11. M. *An fhoil aon chuis ele agad?*

D. *Ata go deimhin, ór teagaſcaidh an Tigearna dhuinn gur fear an vrnuighthe choit cheann, na an vrnuighthe aonaracánach, & gur tarabhuighe don tí do ní ſór an tan à deirimid ar Nathair; guideh gach neach aguin ar ſon na coda ele go hiomlán & an tiõlán ar gach neach fa leith*

12. M. *Cread fà nabairtú ata ar Neaomh, ór atà Dia ſan vile áit?*

D. *As fiór go fhoil Dia ſan vile áit, gidheadh aſi toil Ioſa Crioſt ar Ttighearna, & ór dúigh ſe dhuinn ſan vrnuighthe ſo, aradh go fhoil ſé ar Neaomh, ór as ann ſin theisbeanus é féin do na Haingilibh & dna Naaomhaibh, & as ann dhearcaid é go ſo leir aghaidh ar aghaidh.*

13. M. *An fhoil aon chuis ele agad?*

D. *Ata go deimhin, ór an tan aderimid, ata ar Neaomh, ſmaoineamoid go fhoilemid ſan ſaoghal ſo inar noilirtheachuibh, & inar ndibiortachuibh, & gur ab ar Neaomh ata ár nduthaidh fírinneach as iniarrata dhuinn roimhe an vile ní.*

14. M. Quia in oratione Dominicâ dicis ſeptem eſſe petitiones: Recita primam petitionem?

D. Sanctificetur nomen tuum.

15. M. Quid in hâc petitione petis?

D. Petimus agnitionem nominis Dei per totum mundum ſpargere, eamque in ore ac corde hominum conſeruare, vti in ſeipſa eſt. Quia verò in mundo infideles multi Deum non cognoſcentes, multique mali Chriſtiani inueniuntur, ideò qui filij Dei ſunt, zeloque honoris paterni tanguntur, ingenti cum deſiderio præcantur, vt nomen eius ſanctificetur per orbem vniuerſum, id eſt, vt agnoſcatur, adoretur, honoretur, laudetur, & benèdicatur, vt par eſt ab omnibus hominibus; & quia obligati ſumus ad amandum Deum ſuper omnia, & quidem magis nobismetipſis. Quare ardentiori ac frequentiori deſiderio, vt gloria Dei propagetur quærendum eſt, propterea quoque creati & ornati ratione ſimus, vt cognoſcamus, laudemuſque Deum, in quo etiam, vt deinceps dicetur, ſummum noſtrum bonum conſiſtit.

16. M. Quæ eſt ſecunda petitio?

D. Adueniat regnum tuum.

17. M. Quid in hâc petitione petis?

D. In hâc petitione ordinariè propriã ſalutem petimus, nempè corporis & animæ, ſicut in primâ petitione, gloriam & honorem Dei petiuimus, hoc eſt, vt regnet in cordibus & animabus noſtris in terrâ per ſuam gratiam, & deindè nobis præſtet ſuam gloriam.

18. M. Quot modis dicitur regnum Dei?

D. Trifariam accipi poteſt regnum

14. M. *O adeire go fhoilid ſeacht nachunicha ſan Bpaidir, abair an chead achuingidh dhiobh?*

D. *Naombthar hainim.*

15. M. *Cread shireas tú ſan achuingidh ſin?*

D. *Iarramaoid ainim Dé dho leathnughadh, & daithne ar feadh an Domhain, & à bheith achomhed, & leathnuigh, naomtha, beanuighthe, ambeol, & à ccroidheathaibh na ndaoine, mar ata ſé ann féin. Do bhrigh go fhoil an iomad ainchrioſtuighthe ar feagh an Tſaoghail nach aithnean Dia, & fós iomad droch Chriostuighthe mhaſtuigheas & eaſonoras ainim Dé, le hiomad tarcuiſne, neaomhchiona, & neaomh shuime ann: Ar an adhbhar ſoin an drung ata na ccloiñ ag Dià, beanaidh riú bheith ceanamhuil edmhar fà onoir an Athar à guidhe le mor fhonn à ainim dho naómhadh .1. go naitheontaoidh é ar feagh na cruinne, dha adhra, dha mhola, & da ghradha tar gach aoin ní ele, ón nuile dhuine mar as dual, & as coir; & do bhigh go fhoil duolach orainn Dià do ghradha ós cionn an vile nith, fós ní ſa mho na ſinn fein; ar an adhbhar ſoin as coir dhuin lé ró thoil & ró fhoin glore Dé dhiarruidh dho mheadughadh, & do leathnughadh ar feadh an Tſaoghail, ag ſoin an chúis fàr chruthuigheadh lé ceill & lé reſún ſinn chũ Dià dhaithne, & do mhola ina fhoil ar nard mhaith, fa mar fhoillſeochã tar eis ſó?*

16. M. *Cia an tara hachuinghidh?*

D. *Tigeadh do roigheacht.*

17. M. *Cread iarras tú ſan achuingidh ſoin?*

D. *San achuinghidh ſó ſiremaoid ar ſlainte fein .1. anama & chuirp (fa mar do shireamair ſan chead achuinghidh glore & onóir Dé) à ſe ſin: go mbiadh ſe ag rioghacht inar ccroidheathaibh & in ar nanamannuibh ar an talamh mailleré na ghraſuibh, & na dheaghaidh ſin go ttiobhra dhuinn à ghloire.*

18. M. *Ca mheadh modh ar an abarthar riocht Dé?*

D. *As feidir riocht Dé do thuigſin ar trí*

Dei,

Dei, nam regnum naturæ, regnum gratiæ, ac regnũ deniq; gloriæ reperiuntur. Regnum naturæ est illud, per quod Deus creaturas omnes regit, ac gubernat, vt absolutus rerum omnium Dominus. Tametsi enim peruersi ad faciendũ malum incumbant, nec legem Dei obseruent, nihilominus imperat illis Deus; & si videtur, conatus eorum impedit; & licet subinde illis, quod volunt, permittat, postmodum tamen seuerè punit, cùm nemo sit, qui illius voluntati queat resistere, quam ipse, vel ordinet, vel permittat. Regnum gratiæ illud est, quo Deus animas ac corda bonorum Christianorum moderatur ac regit, gratiam illis spiritumque diuidendo, vt illi promptè inseruiant, illiusque honorem præ omnibus inuestigent. Regnum gloriæ in altera vita erit post extremum judicij diem, quia tunc Deus super omnes res creatas sine vllâ resistentiâ regnabit; & tùm à Dæmonibus flagitiosisque hominibus potestas omnis eripietur, & in perpetuos inferni carceres protrudentur. Tunc quoque mors ipsa omnisque corruptio, cum vniuersis mundi carnisque tentationibus quibus modò serui Dei impetuntur, exterminabitur; adeò vt regnum hoc quietum pacificumque futurum sit, in securâ possessione perfectæ æternæque fœlicitatis consistens.

19. M. De quo horum trium regnorum agit ista petitio?

D. Non loquitur de primo, quia illud venturum non est, sed iam venit: nec loquitur de secundo, quia de illo in petitione primâ actum est, & maiore ex parte iam venit. Loquitur ergò de tertio regno, quod veniet, magnoque cum desiderio ab omnibns illis expectatur, qui

inbodh .i. riocht nadure, riocht gràs, & riocht glore. Le riocht nadurtha riaghlas & ſtiuras Dià na huile chreatuireacha, mar ard Thighearna os cionn an vile ní. Bith go ccuirid na droch dhaoine riompo olc do dheanamh, nach fós colionuid dligh Dé, tar à cheann ſoin ata Diá à riocht os à ccionn; & mar ſoin toirmiſgidh à gniomhartha an tan as toil leis, & fuilingann dhoibh ar vairibh, à ttoil do chomhlionadh, ſmachtuigh iad ſa dhere go cruodhalach, do bhrigh nach foil aon ncach comuſach ar chur an aghaighe à thoile, na aoin ní dho dheanamh acht len fhulang, no len ordugh. As lé riocht na ngràs ſtiuras & riaghlas Dià croidhthe na ndeaghchrioſtuighthe ag roinn ghràs & ſpioraide ortha chum à sherebhiſe dho dheanamh go haibidh lé deagh inntinn, & tar gach aoin niaonoir & à ghloire dhiarraigh roimh gach vile ní. Rioct na glore bhias ſan mbeathaidh thall tar eis laoi an bhreitheamhnuis, or an trath ſoin biaigh Diá à ricgheacht os cionn na nuile chreatureacha, gan chomus na chomhachtha ata neart ar bioth cur an agaighe ar aon chor; & an traith ſoin beanfaidh dhona Deamhnuibh, & dona droch dhaoinibh (bhias à bprioſan shiorruighe) à ccomhachtha & à ccumus go hiomlan. Ní bhia fós an tan ſoin Bás, na truoilleadh, na cathugha, na buaidhreadh an Tſaoghail, na na colla lé ccurthar à anois buorudh ar sherebhiſeachaibh Dé ann: jomus go mbia an riocht ſoin ſuoaimhneach, ſiochantha & aſi ſoin ſealabh an Tſmais shiornuighe.

19. M. *Cia dhona trí riochta ſoin ar à labharthar ſan achoingnigh ſo?*

D. *Ní labharthar ar an cced riocht, ór thanig ſi thana: na fós ar à ttara riocht, ór do labhraigh vrthe ſan chead achuinghnidh, & go ttanigh an chuid as mo dhi. Gidheagh labharthar ar an treas riocht ata chum teacht, & lena fheithid go fonumhar mianmhar an drong dar ab eolach tuirſe & bochtaineacht na beatha ſo;*

præsentis vitæ miseriam agnoscunt. Vnde in præsenti petitione summum nostrum bonum, & gloria, tùm corporis, tùm animæ perfecta expetitur.

20. M. Quandoquidem Regnum illud Dei, quod desideramus ac petimus, mox venturum primùm post extremum iudicij diem initium sumat: quare desideramus ac petimus, vt mundus hic cito finiatur, atque illicò extremus iudicij dies subsequatur?

D. Ita est, tametsi enim amatores mundi huius tristiora noua audire non possunt, quam si extremus iudicij dies frequenter eorum aures circumsonet: nihilominus Ciues cæli, qui modo in morem peregrinorum & exulum viuunt, quoad in terris fuerint, nihil vehementius desiderant. Vnde quemadmodum Sanctus Augustinus ait: (*in Ps.* 118. *con.* 20.) vti prima desideria Sanctorum antiquæ legis in primo Christi terminabantur aduentu: Sic quoque modò desideria Sanctorum nouæ legis in secundo Christi aduentu, qui perfectam nobis beatitudinem conferet, desinet.

21. M. Quæ est tertia petitio?

D. Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terrâ.

22. M. Quid significant verba illa, & quid in eis petimus?

D. His verbis gratiam perfectè diuinis mandatis obsequendi petimus. Cùm enim in alterâ petitione vita beata, qui est finis hominis, petatur, nunc conueniebat, vt principale medium ad obtinendum finem illum peteretur, quod est obseruatio mandatorum Dei, quia sic Saluator noster (Matth. 19.) ait: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Nos namque

& trid soinsan achuinghnigh so iarramaid ar maith siorraidh & glore bhithbhuon dhar ccorpuibh & dar nannamaibh.

20. M. *O sí an Riocht vd Dé (thiocfas deis laoe an bhreitheamhnuis) shireamaoid do thoigheacht go grod; mar soin as cosmhail go niarramaoid an Domhan do chriochnudh, & lá an bhreitheamhnuis do theacht go luaith?*

D. *As mar soin ata, or bith nach feidir le lucht ghraidhthe an Tsaoghail nuaidheacht sgeol as mo ghoilleas ortha dheisdeacht, na lá an bhreith eamhnuis deanuigh. Gigheadh an drong dhar a duol aitreabh Flaitheanuis, .i. Burigesig Nimhe, noch ataid anois beó, mar oillroichuibh & dheoradhibh ar an Ttalamh, ní fhoil ar bioth ní as fonnmhaire leo na à thoigheacht. Iomus, amhail adeir S. Augustin: san Ps.* 118. *con.* 20. *sul thanig croſt ar an saoghal gur bhe mean & fonn Naomhaibh an tseann racht a an ched teacht do rinne se: mar an cceana, gur ab é fonn & mean iomlàn Naomhaibh an nua racht a à dara teacht do dheana dho Crioſt, le ttiobharthar an conách suthain, & sonas siorruidhe dhoibh.*

21. M. *Cia an treas achuinghnidh?*

D. *Deantar do thoil ar an ttalamh amhail do nithtar ar Neamh.*

22. M. *Cread chiallaidhidh na briartha so & cread iarthar vnta?*

D. *Sirthar ann sna briarthaibh soin grasa le comeadsom go maith aitheantha Dé, or mar dho siorragh san nachainghnigh ele an beatha bheanuighthe .i. deagh chrich an duine ní folair anois an medhon prionsapaltha le sheaghthar soin diarruidh, & se sin comhall aitheantha & dlige Dé: mar adubhairt Crioſt ar Thighearna leis na briarthaibh so:* Ma dhail teacht asteach dhō bheatha shiorruidhe, comead na haitheātha: *or ní fhoilmidne, voin*

ex no-

ex nobismet ipsis ad omnia mandata obseruanda sufficientes non sumus, vti par est, ideò petimus à Deo, vt illius voluntas à nobis fiat, id est, vt gratiam det illius voluntatem adimplendi, quod obediendo ei in omnibus, sanctisq; præceptis eius respondendo, eueniet. Etiam obligati sumus non murmurare, nec super diuina prouidentia querelas mouere. Quidquid enim nobis vel præcipit, vel immittit, ad finem bonum dirigitur, id est, vel materiam maioris meriti si boni simus, vel emendationis, si mali.

23. M. Quare huic petitioni, illa verba: Sicut in Cælo, & in Terrâ adiunguntur?

D. Vt significatur, adeò nos debere ad obediendum Deo paratos esse, & ad obseruanda illius præcepta cum tantâ perfectione promptitudine, & alacritate ferri, cum quanta in Cælis Angeli ferantur, qui ne minimum quidẽ defectum in vniuersis Dei præceptis obseruandis admittant. Potest etiam dici peccatores (per Terram significatos) obedire Deo, vti quoque Sancti (per Cælum accepti) eidem obediunt. Aut denique Ecclesiam totam (per Terram intellectam) perfectè obediri Deo, quemadmodum & Christus (per Cælũ significatus) illi obediuit, obligando seipsum vsque ad mortem.

24. M. Quæ est quarta petitio?

D. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

25. M. Quid in hâc petitione petis?

D. In hâc petitione primo, panis spiritualis petitur, qui cibus animæ est. Per spiritualem cibum sanctissimum Sacramentum Altaris accipimus, quod cælestis panis ac diuinus est, mirabiliter vitam animæ enutriens, similter & verbum

féin cumusach chũ na naitheanta dho chomhall, mar as leòr, ar an adhbar soin iarramaoid ar Dhiá sinn do dhea namh à neamhthoile. .i. grasa dho thabhairt dhuinn chum à thoile dho choimhlionadh, noch thig chum criche le bheith vmhal dó an gach ní, maille re an Aitheantuibh dho choimed. Mar an cceana ata duolach orainn gan murmur na gerán an aghaidh Dé; or gibe ní fhogras no chuireas oruinn, as chum deagh chrithe chuireas é, .i. gomo adhbhar meaduithe luoidheachta (ma bhimidh go maith) é: no leasuighthe ma bhi mid go holc.

23. M. *Cred fa ccurthar leis an achuinghnigh so na briartha vd ar Talamh amhil ar neamh?*

D. *Da chur à cceill go sholl duolach orainn ar an Ttalamh bheith vmhal do Dhiá, & ollamh chum aitheanta dho chomhall cho diongmhallta, & cho deffreach, & cho luthghaireach, & ataid na Haingil ar Neamh, nach dein locht da luidhead a ccoimliona aitheanta & tolla Dé go hiomlàn. As feidir fós aradh gúr fonnmhar linne, & go niarramaoid na peacuidh (tuigthear leis an fhocal so Talamh) dumhlúdh do Dhiá, amhail na Naoimh (thuicear leis an fhocal ele so Neamh) vmhlaid dho. No fós an Eagluis go hiomlàn (thuigthear mar Thalamh) direach dumhlúdh do Dhiá famar dumhlaidh Criost (noch chiollaidheas Neamh) é féin dho gus an mbás.*

24. M. *Cia an ceathramhadh achuinghnidh?*

D. *Ar Narán laoethambuil tabhair dhuinn à niúgh.*

25. *Cred shirreas tu san achuinghnidh soin?*

D *San achuinghnidh so iarthar ar tus an taran spioradaltha as biadh an anama: ina dheaight soin, beatha an chuirp .i. an tarã corpurdha. Ase neaõh Shacramẽt na Haltorach tuicear ann so mar aran spioradaltha, ór ase sin an ta-*

Dei intelligitur, quod per prædicatores compositum, aut lectione librorum spiritualium acceptum, non parum eandem animæ vitam educat. Denique inspirationem Dei, orationem, & quidquid his affine est, accipimus, quod vel ad sustentationem gratiæ, vel certè ad augmentum eius, quam vitam animæ esse diximus, conducibile iudicetur. Per panem corporalē intelligimus omne illud quod necessarium ad sustentationem vitæ corporalis fuerit, qua (velut instrumento in bono faciendo) anima vtitur.

26. M. Quare victum corporalem petis, cùm corpus ad peccandum & ruinam attrahat animam?

D. Quia quamuis sit verum, tamen anima (sine corporis auxilio) opera bona quibus ad æternam peruenit vitam, facere non potest, quod est, velut instrumentum animæ ad bona facienda. Itaque æquum est, vt quæ necessaria sunt, corpori & animæ simul petamus; ne per indigentiam panis in corpore, impediantur bona opera animæ; nam omnis species cibi significatur per panem.

27. M. Quare panis hic panis noster vocatur?

D. Non sine magno mysterio panis ille noster vocatur. Quoniam si loquamur de sanctissimo Sacramento, illud certè panis noster est, quando propter salutem nostram à Spiritu sancto in vtero Beatissimæ Virginis Mariæ formatum est, & in fornace sanctissimæ Crucis excoctum, & in altari per manus Sacerdotum apparatum. Imò noster, quia panis proprius Filiorum est, nec canibus dari, id est, infidelibus, aut mortali peccato ob-

ran beannuighthe neaomhdha chothaidheas go miorbhuiltheach ar nanam. Mar an cceana tuicear maile ris brethir Dé, shoillsighthear le seanamontuithibh, no le leitheoreacht leabhar spioradaltha, or ni beg an coghnamh do bheatha an anama iad, fa dheired cialluigthear leis, seide na ndeag smoaintighthe thig ó Dhiá, vrnuighthe, & gach ní ele as còsmhail riú do bheir coghnamh cothughthe & meaduithe grás vaigh, noch as beatha dhon anam, mar do reamhradh. As leis an aran chorpurdha tuigthear gach ní as vireasbuch chum cothuigthe na beatha corpurdha, ata ag an anam (mar shás & mar ghles) chum maitheasa dho dheanamh.

26. M. Cread fa sirean tú beatha an chuirp, ór asetharingeas an tanam chum peaca, & chum ambleasa?

D. Bioth gur fior soin, ní feidir amh leis an anam (gan chognamh an chuirp) deagoibreatha do dheanamh, le ttiocfadh chúm na beatha siorruighe, ór ase an corp gleas & instrument an anama, chum na ndeag oibreacha dho dheanamh, mar adubhramair thuas. Aran adhbhar soin as iomchubhaidh dhuin riochtanas an chuirp dhiarruigh maile re riochtanas an anama; ionnus na cuirfeadh an easbuidh dho bheith ar an ccorp tuirmeasc ar dheagoibreach an anama gan an taran, ór cialluigh an taran an vile short beatha aga mbia gné bidh air.

27. M. Cread fa ngoirthear ar narán féin don arán só?

D. Ní gan fachioll & mór chuis goirthear ar narán féin de. Or màs ar Neaomh Shacrament na Haltorach labhramid as dearabhtha gur ab é ar narán féin é, ór as chúm ar slanuighthe (maille reis an Spiorod Naomh) do fuineagh é à mbruinn na Naomh Mhaighdine Mhuire, & do bruitheadh é ar ghreidil na Naomh Chroisi, & as duinn ollmhuighthear é ar bhordh na Haltorach go laoethumhail le lamhaibh na sagart, & fós ás linn féin é, & ní telici dhuinn chum na

noxijs,

noxijs, debet. Si loquamur de doctrinâ, petimus panem noſtrum, id eſt, illum, qui diſpenſatur inter germanos Eccleſiæ ſanctæ filios à Concionatoribus, & non alienum panem, quem Hæreticis ſuis aſſeclis obtrudunt, qui panis corruptus & infectus eſt. Si loquamur autem de pane corporali, petimus, vt noſtrum largiri dignetur nobis panem, non verò aliorum hominum, id eſt, vt nobis in iuſto ac licito quæſtu aſsiſtere, item poſſeſsionibus noſtris ac vineis, omnibuſque laboribus noſtris benedicere dignetur, quo remotis furto ac fraudibus, vitæ noſtræ neceſſaria prouideamus.

28. M. Quare panem quotidianum vocamus?

D. Quia quotidie panis nobis neceſſarius eſt, ita vt, nec ſuperfluum, nec curioſum quid petamus; ſed quantum ad ſimplicem victum, ſuive corporis, ſiue animæ, vno die ſufficit; maximè cùm peregrinos & hoſpites in hâc vitâ eſſe, ſciamus.

29. M. Quare dicit da nobis hodie?

D. Tametſi enim nos ad obtinendum vt ſpiritualem, ſic corporalem panem laboraturi ſimus; nihilominus ſcimus in nihilum omnem laborem noſtrum recidere, niſi Deus auxiliante ſua gratia nobiſcum concurrat; quemadmodum ſæpè videmus, quod quantumuis homines in conſerendis, ac demetendis agris laborent, tamen propter mundi peccata caritatem annonæ importari. Petimus inſuper, vt Deus panem noſtrum nobis det, id eſt, non ſolum in eo procurando & acquirendo ſuccurrat, ſed etiam dum

Maduighe .1. chum na nainchriostuighthe é, na chum na druinghe bhios à bpeaca mharabh. Fós mas ar à Tteagaſc labhramidh, guirimid ar narán féin de .1. an tarán róintear idir chloinn na Heagluiſe, maille re ſeanamotuighthibh na firinne, & ni he an tarán coimhtheach heligid naHericidhe, chúm à lucht leanamhana, & chũ à muintire .1. aran driote, lotho, lán doNimh & mhalacht Dè. Fós más ar an arán chorpurdha lamhramid, iarramid ar Dhià ar narán fein dho ttabhairt dhuinn, & ni cuid dhuine ele .1. cobhair & coghnamh do thabhairt duinn, chúm nithe dliſteneacha cearta dho sholathar, ar múinn, & ar ſaothar do bhéanudh, & do raithugudh, ionnus, gan ghoid, cheilig, na malis, go fhaghmaois gach ní as riochtanas dhar mbeatha

28. M. *Cread fa ngoirimid de arán laoetheãbail*

D. *Do bhrigh go fhoil riochtanas reis an arán go laoethamhail, & nach iarrata dhuinn ní iomurcach na curialtha, acht an mheoid as leór dho beatha shingil an chuirp & an anama go laoethamhail; & ionnus go ttuigimis gur ab oilirthigh & deoruighthe-sinn ſan mbeathaidh ſó.*

29. M. *Cred fa nabra, tabhair dhuinn à niogh?*

D. *Ionnus go ttuigemaois, tar à cheann go ndeanamaois ar ndicheall ſaothair, gur diomhain duinn è, muna ttuga Dià cobhair dhuinn le na ghraſaibh, mar do chiomaoid go laoethamhuil: Or bioth go ccuridna daoine iomad ſaothair ortha chum treabha & ſaothrudha na talmhan, tar à cheann ſoin tig go minic daoirſe & gortà mhór tré Pheacuidhibh an Tſaoghail. Os achionn ſoin iarramaoid ar Dhià ar narán do thabhairt dhuinn, nihe amhain cognamh linn da shlathar & da shaothrudhadh, acht fós an tan bhiam dha ghlaca, à cogiſriaga & à bheanugh, ionnus go rachadh à ttarbha dar ccorpuibh & dar nanamannuibh. Agus à dertbear (à niugh) do bhrigh gur ab leor triboloid an laoe niogh na dheaig féin, acht aſe ni as coir dhuinn cuid an laoe niogh diarruidh à niogh, &*

eum

eum percipimus, sanctificet ac benedicat vt nimirũ nobis proficiat, & animę, corporiq; vtilis sit. Et dicitur hodie quia sufficit nobis hodierna tribulatio, nam hodie tantum appetere debemus, quantum ad hunc solum diem sufficit, & eandem orationẽ Dominicã cras recitare, implorando Christianũ victũ; nec cogites Deũ petitionẽ ac curã nostrã iustam impedire v. g. pro culturâ agri & familiæ sustentatione, nullâ cupiditate iuterueniente.

30. M. Dic quintam petitionem?

D. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

31. M. Quid in hâc petitione petis?

D. Petimus, vt Deus nobis dimittet delicta nostra, sicut & nos dimittimus ijs qui nobis malefaciũt: nam si non dimitimus eis, Deus nobis non dimittet peccata nostra; imò nec debitam pœnam pro illis.

32. M. Quæ est sexta petitio?

D. Et ne nos inducas in tentationem.

33. M. Quid in hâc petitione petis.

D. Ne Deus nos permittat cadere in tentationes, prauasq; cogitationes, quibus Diabolus inimicus noster incitare nos solet ad peccandum.

34. M. Dic septimam petitionem?

D. Sed libera nos à malo.

35. M. Quid in hâc petitione petis?

D. Petimus à Deo, vt nos ab omni malo, & periculo, tùm corporis, tùm animæ, ab omni peccato, Dœmonibus, ac inferno, ac ab omni aduersitate, nos liberet.

36. M. Quid est, Amen?

D. Ita fiat, aut fit factum sic.

CAP. II.

De Salutatione Angelicâ, & Salue Regina.

1. M. QVandoquidem Orationẽ Dominicam explicasti, recita

Foillsudh ar an Tteag. Crioſt.

an Phadir cheanna dho radh à mareach, ag iarraigh choda an laoe marigh. Na meas as so go ccuirfeag Diá toirmeasc ar chraum dhleistenach cheart, mar ata an Talamh do shaothrudh, & cotduga muinntire &c. Agus soin sós gan saint, gan chelig.

30. M. *Abair an cuighea achuinghnigh?*

D. *Agus maith dhuinn ar fhiacha mar mhaitheamaidne dhar fheitheamhnuibh fein.*

31. M. *Cread shireas tu san achuinguidh soin?*

D. *Diá dho mhaitheamh ar ccoirtha dhuinn, amhail mhaitheamne dhon druing dho ní eagoir oroinnsór muna maitheamne dhaoib soin, ni mhaithe Diá dhuinne ar bpeacaidhe, na sós an Phion dhlighther ar à son.*

32. M. *Cia an seiseadh achuinghnidh?*

D. *Agus na leig sinn à ccathughadh.*

33. M. *Cread shireas tu san achuinghnidh soin*

D. *Gan Diá dho leigean duinn tuitim à ccathuighthibh na à ndrocb smoantithibh, lè ngnaithighean an Diabhul ar neascara ar ttabrang & ar ngriosudh chum peacaidh.*

34. M. *Abair an seachtmha achuinghnidhe*

D. *Acbt saor sinn ò olc?*

35. M. *Cread iarruigh san achuinghnidh soin?*

D. *Iarramaoid ar Dia ar saora on vile olc & pheriacuil anama & chuirp on vile pheaca, ò naDeamhnuibh, ô josrionn & ô gach vile dhroch fhortiún.*

36. M. *Cread é, Amen, re radh?*

D. *Bioth mar soin, no deantar soin.*

AN II. CAIB.

Ar failthe an Aingil. 1. an Taue Maria, & ar an Salue Regina.

1. M. *ODhfoillsigis ortha an Tighearna; abair à nois failthe an Aingil?*

modo

modo Salutationem Angelicam?

D. Libentiſsimè id faciam, quia peto, vt omnes exiſtamus, ſummi cultores, Beatiſsimæ Virginis Mariæ. Salutationem Angelicam ſic ſonat:

Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus: & Benedictus fructus ventris tui Ieſus. Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in horâ mortis noſtræ. Amen.

2. M. Quis Salutationem Angelicam compoſuit?

D. Archangelus Gabriel, cùm Beatam ſemper Virginem ſalutauit, primam partẽ protulit, Elizabetha etiam ſecundam partem protulit, & ſancta Mater Eccleſia tertiam partẽ docuit. Nam verba illa *Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Gabriel Archangelus elocutus eſt, ſed veluti legatus Dei, illa per legatum ſuum edicentis. Porrò, *Benedictus fructus ventris tui*, S. Elizabetha adiecit, vti Euangeliſta Lucas atteſtatur. Vndè colligere eſt, illa Spiritum ſanctum per os Elizabethæ prolocutum eſſe. Reliqua verò verba omnia, & *Salue Regina*, ſancta Mater Eccleſia appendit, quæ ab eodem Spiritu ſancto regitur atque dirigitur. Quare appoſitè dici poteſt, quod poſt orationem Dominicam, quam ore ſuo Chriſtus Dominus docuit, nullam prorſus Salutatione Angelicâ præſtantiorem eſſe, quia ab ipſo Deo illam compoſitam, nobiſque per ora ſeruorum ſuorum promulgatam eſſe conſtat.

D. Do dhean ſoin le deagh thoil, or ſirim & achuinghnim go durthachtach go rabham vile in ar ſerebiſeacha díſli ag ar Mbaintighearnain an ogh Mhuire. Ag ſo na briartha beanuithe vd à dubhairt an Taingiol ré Muire as vcht Dé.

Failthe dhuit à Mhuire, làn do ghráſuibh, ata an Tighearna maille riot, as beanuighthe thú tar na mnaibh, & as beanuighthe tora do bhruinne Ioſa.

A Naomh Mhuire, à Mhathair Dé, guidh oirine na Peacuigh, à nois, & à nuair àr mbàis. Bioth mar ſoin.

2. M. *Cia dho rinne an Taue Maria dha ngoirean tú Failthe an Aingil?*

D. *An TardChaingeal Gabriél (iar tteacht do bheanugh dhar Mbantighearnain an og Mhuire) à dubhairt an chead chuid de. Elizabeth (Mathair Eoin Baiſte) à dubhairt an dara cuid dhe, ag dul dar Mbaintighearnain an og Mhuire dha fioſarudh. An treas cuid de, aſi ar Neaomh Mhathair an Eagluis do rionne à theagaſc dhuinn. Or na briarthavd*, Failthe dhuit à Mhuire làn do ghraſuibh, ata an Tighearna maille riot as beannuighthe tú tar na mnaibh: *à ſe an Tardchaingheal Gabriel à dubhairt iad: (Mar Thurnae, áinh, no Leghadi ô Diha) à dubhairt ſe iad, & aſé Dia féin à dubhairt é, maille ré beól anteachtuire ſoin. Agus na briartha ele:* Agus as benuighthe tora do bhruinne: *a ſi Elizabeth a dubhairt iad, mar chuireas ſios an ſuibhſeal, iounus gur deimhin, gur ab é an Spiorad Neaomh à dubhairt iad à beól Elizabeth. An chuid ele ata leis, & an* Salue Regina *mar an cceanna; aſi ar Neaomh Mhathair an Eagluis à dubhairt iad, noch ata iar na riaghludh, & iar na ſtiurudh maille ris an Spioraid Naoimh cheanna. Ar an adhbhar ſoin as oireamhnach à derthar nach foil ann, dein na Paidri (dho bhúin ar Ttighearna Ioſa Crioſt le na bheól beanuighte féin) vrnuighthe as voſle & as feár na an Taue Maria, or as dearabhtha*

3. M. Quare poſt orationem Dominicam Salutatio Angelica dicitur, & non alia aliqua oratio?

D. Ideò, quia apud Chriſtum potentiorem aduocatum & Mediatorem ſanctiſsimâ Matre eius non habemus. Quare oratione ad Chriſtum tranſmiſſâ, quam ipſe nos docuit, ad Matrem illius conuertimur, vt ſuâ nobis interceſsione aſsiſtat, quo omnia illa, quæ in oratione Dominicâ petiuimus, conſequamur: quemadmodum in mundo fit, vbi, poſteaquam ſupplicationem ad Principem ſcripto deſtinauimus, principaliori Palacij aulico poſtmodum totum negotium committimus.

4. M. Recita Salue Regina?

D. *Salue Regina, Mater miſericordiæ, vita, dulcedo, & ſpes noſtra ſalue. Ad te clamamus exules, filij Euæ. Ad te ſuſpiramus, gementes & flentes in hâc lachrimarum valle. Eia ergò aduocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte. Et Ieſum benedictum fructũ ventris tui, nobis poſt hoc exilium oſtende. O clemens ô, pia, ô dulcis virgo Maria.*

Verſ. *Ora pro nobis ſancta Dei genitrix.*

Reſp. *Vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti.*

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui gloriosæ Virginis Matris Mariæ corpus & animam, vt dignum Filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu ſancto cooperante præparaſti: da, vt cuius commemoratione lætamur, eius piâ interceſsione ab inſtantibus malis, & à morte perpetuâ liberemur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Foillſudh ar an Teag. Crioſt.

gur ab é Diá fein do rinne é, & do theaguiſc dhuinne é le beolaibh à sherebhiſeacha féin.

3. *M. Creadfa nabarthar an Taue Maria deis na Paidri, ſeoch aon vrnuighthe ele?*

D. *Do bhrih nach foil aguinn Cara, na Abhcoidigh (idir ſinn, & Crioſt) ás dána air, na as annſa leis ina à Neamh Mhathair féin; da bhrigh ſoin deis guidh chum Crioſt leis an vrnuighthe dho theagaiſc féin duinn, fillimid ar naghaid ar à Mhathair, ionnus maille re na coghnamh, & le na headarghuidh, go bhaghmaois an ní shiremaoid: amhail do nithear ar an Saogal ſo, an tan do berthar bille achuinghnigh dho Rí cuireamid curum ar ngnothuidh ar an tí as dána air & as fuiſce dho.*

4. *M. Abair an Salue Regina?*

D. GO Mbeanuighthar dhuit à Righain, à Mhathair na trocaire, à Bheatha, à mhillſeach, &ar ndochuſne go mbeanuighthear dhuit. As ort ghoiremidne na diberthuig, clann Eua. As ort oſnuighmid à gartha & à caoi ſan ngleann ſo na ndeór. Ar adhbhar ſoin à Bhanchara & à Abhcoidi, fill orainne lé Tſulibh ró throcaireacha. Agus loſa beanuighthe tora do bhruinne, teisben duinn tar eis na dibeartha ſo. O aró cheannſa, ô aró Bhuigh, ô à mhilis mhaighdeah Muire na trocaire.

Verſ. Guidh orainn à Naoimh Mhathair Dé.

Reſp. Ionnus go mo fiú ſinn geallamhain Chrioſt ar Ttighearna dfaighail.

Vrnuighthe.

ADhiá vileachomhachtuig shioruighe, dollamhuigh (maille ré comhoibriudh an Spioraid Naoimh) corp & anam na gloir oig Mhuire Mhathair, ionnus go mo fhiú é ionnad diongmhaltha do Mhic féin do gheonamh dhe: deanuigh dhuin, mar

5. M.

5. M. Recitando Aue Maria, aut Salue Regina, cui loqueris?

D. Recitando Aue Maria, aut Salue Regina, orationemque vltimam, quas Ecclesia composuit, cum Domina nostra sancta Maria Virgine, loquimur.

6. M. Quare eam, hoc modo, inuocas, & supplicas?

D. Ad implorandum, vt coràm Deo, intercedat pro nobis, ad omnia nobis necessaria obtinenda.

7. M. Quæ est illa Domina, sancta Maria?

D. Est Domina omnium gratiarum, virtutumq; plena, sanctissima MaterDei quæ in cælo est, creatura sanctissima ac Deo charissima super omnes creaturas.

8. M. Estne sancta Maria Virgo in cælo cum corpore & animâ?

D. Absque vllo dubio est.

9. M. Quænam est, illa quæ in Templo est, super Altare?

D. Est imago & similitudo Dominæ nostræ sanctæ Mariæ Virginis quæ in cælo est.

10. M. Quare illa imago est in Ecclesiâ?

D. Vt Dominam nostram, quæ in cælo est, memoriæ nostræ representet; & quia ista est illius imago; Beatæ Mariæ Virginis in cælo regnanti, recordamur: ad eamque confugimus, dicendo *Aue Maria*, & *Salue Regina*; non enim imaginem illius ligneam vel lapideam, aut ex quâuis aliâ materiâ surdâ, mutâ, & insensibili confectam, sed tantum sanctissimam Dominam nostram Virginem Mariam in cælo triumphantem, inuocamus, illius opem & gratiam imploramus, vt pro nobis ad Deum intercedat.

lucharthar ſinn lé na comhchoimhniugh, maille re na hadarghuidh diadha (ona holouibh ſo dho lathair, & ô bhas ſiorruighe) go ſaorthar ſinn. Tré Crioſt ar Ttighearna.

5. M. *Ag radh an Aue Maria & an Salue Regina: cia ré labhran tú?*

D. *Ag radh an Aue Maria & an Salue Regina, & na hurnuighthe ele deagnuidh, do chuir an Eagluis amach, as re nar Mbantighearnuin an ogh Mhuire labhramidh.*

6. M. *Cread fa neaglan & fa ngoin tu í marſo?*

D. *Ionnos go fhaghmis voithe guidh air ar ſon do lathair Dé, ag faghail vaidh gach ní as vireasbach dhuinn.*

7. M. *Cia hi ar Mbantighearna an ogh Mhuire?*

D. *Bantighearna lán do ghraſuibh, & do shubhailchibh, & Naomh Mhathair Dé ata ar Neaomh, an creatuir as Neaomtha & as Beanuighthe, & as ro annſa le Diá, na an vile chreatuir ele.*

8. M. *An fhoil an Naomh oigh Mhuire à Fhlaitheamhnus à ccorp & an anam?*

D. *Ata gan amhras ar bioth.*

9. M. *Maſeadh cia hi ſud ſa Teampol ar an Altóir.*

D. *Iomhaighe & cos mhalacht dhar Mbantighearnain an ogh Mhuire ata ar Neaomh.*

10. M. *Cred fa fhoil à hiomhaighe ſan Eagluis?*

D. *Do thabhairt ar Mantighearnan ata à Fhlaitheamhnus chũ ar ccoimhne, & do bhrigh gur ab iſudh à hiomhaighe, cuimhnimid ar an ogh Mhuire ata ar Neamh, & curumid ar ccurum vrthe ag radh an Aue Maria, & an Salue Regina, & ní dha hiomhaighe ata deanta do chloith, no dho mhaide, no dho mhiotal ar bith ele bodhar, balabh, gan mothughadh, acht ar Mantighearna amhain an ogh Mhuire, ata ar Neamh agallamid, à guidhe à cobhartha & à grás ionnus go nguidhfeadh ſi air ar ſoinne chum Dé.*

11. M. Expone nobis verba Salutationis Angelicæ, & in primis quare dicimus Aue Maria?

D. Quia Salutatio est, per quam nos amicos notosq; monstramus, dum Matrem Dei, auxilium eius implorantes, adimus. Vtimur verò verbis Angeli, quia scimus maximum illi gaudium adferre, sæpè hanc laudem suam inaudire, quod, vbi ab Angelo verba illa excepit, persensit. Gaudet etiam idcò, quia beneficij diuini nos memores videt, & ergà benèfactorem gratos.

12. M. Quid significat gratia plena?

D. Gratia Dei tres potissimum effectus in animâ operatur. Primus est, quod peccata deleat, quæ vti maculæ animam commaculant. Secundus, quod donis virtutibusque eandem animam exornet. Tertius, quod robur etiam suppeditet, vt operibus meritorijs insistat, diuinæ majestati in primis placentibus. Domina nostra, gratia plena est. Nam quantum ad primum effectum attinet, nullius peccati macula, nec originalis aut actualis, nec mortalis aut venialis infecta fuit. Quantum verò ad secundum, habuit illa virtutes omnes, donaque Spiritus sancti in altissimo gradu. Quantum denique ad tertium, exercuit illa opera adeò Deo grata ac meritoria, vt quoad animam ac corpus digna fuerit omnes choros Angelorum & Sanctorum transcendere.

13. M. Non apparet Dominam nostram maiorem gratiam donaque reliquis Sanctis habuisse, quia sæpissimè audiui dici sanctum Stephanum, aliosq; Sanctos plenos Spiritu sancto fuisse?

D. Tametsi de alijs Sanctis dicatur plenos illos gratia fuisse, nihilominus

Foillsuch ar an Tteag. Crioſt.

11. M. *Minig dhuinn briartha an Aingil, & ar tús cred fa nabramid, failthe dhuit à Mhuire*

D. *Do bhrigh gur beanacha ſo do nimid di, le ccuiremid à cceill gur ab cairdi & daoine mointeardha aga fhoil eolas vrthe ſinn, ag dul go nuig í mar Mhathair ag iarruidh à cobhartha. As vime adeirimid briartha an Aingil à cur na failthe ſin, ar an adhbhar go fhoil à fhios aguinn mead na luchara ghabas ſi ag aoiſdeacht ris an mola ſo, mar do ghaibh an chead vair do chuolaidhna briartha ſoin on Aingeal: bith fós luchair vrthe do bhrigh go fhaiceann ſinne coimlnitheach, ar mhor thioghlaicibh Dé, & ar ſon bheith búioch dhon Tioghlaicthoir.*

12. M. *Cread chiallaigheas lán do ghraſaibh?*

D. *Oibrigh graſa Dé trí nithe an anam an duine. Ar tus ſgrioſaidh & dibridh na peacaidhe shaligheas an tanam. An dara ni cuirig ſlacht álainn le tabhartaſaibh & le ſubhailchibh ar an anam cheana. Fa dheire, do bheir Neart & bhrigh dhon anam chum deagh oibreacha dho dheanamh, thainthnias re Mordhacht Dé, & ar à mbionn buiochas ró mhór aige. Ar Mantighearna Muire ata ſi lán do ghraſaibh, or ar tus, ni ar bhoain ſmal na cadh, pheaca shinnſiardha na na ghniomhaidh, mharabhuigh, na sholuighthe ré riamh. An tara ni, fuair ſi iomlaine shubhailche & thiodlaiche, & na thabhartais vile on Spiorad Naomh ſan ard cheim. An treas ní, do thóill ſi an viread ſoin do bhuichas ô Dhia lena deagh oibreachaibh, ionnus gur cuireag os cionn na Naingul & na Neaomh go huilioch; à nglore shiorruighe í.*

13. M. *Fiathruighim dhiot an raibh ag Muire ni as mó do ghraſaibh, na dho bhi ag aon Naomh ele; or à derthar go raib S. Stiamhna & Naoimh ele lán do graſuibh?*

D. *Bioth go nabarthar go rabhadar Naoimh ele lán do ghraſuibh, tar a cheann ſoin do bhi ag ar Mantighearnain ni ſa mho dho ghraſuibh*

amplio-

ampliorem Domina noſtra gratiam illis omnibus habuit; quia ſic à Deo, vt maioris gratiæ capacior redderetur, quam reliqui Sancti, facta eſt. Vt v. g. in exemplo patet. Sint multa vaſa, vnum altero maius ac capacius, quæ ſi impleantur balſamo, omnia plena erunt, & nihilominus in vno plus erit, in altero minus balſami. Cuius ratio eſt, quia Deus homines capaces maioris, minoriſque gratiæ facit, pro qualitate efficiorũ, quæ in ſingulos diſtribuit. Quia verò officium maximum, quod vnquam creaturæ cuiquam datum eſt, eſſe Matrem Dei, ideò Mater Dei capacior facta eſt, & maiore gratiâ, quam vlla vnquam creatura impleta.

14. M. Quid ſignificat Dominus tecum?

D. Hæc altera ſingularis laus eſt beatæ Virginis, quâ ſignificatur Dominum noſtrum ab initio Conceptionis ſuæ aſsiſtendo illi, gubernando illam, inſtruendo & defendendo perpetuò cum ea fuiſſe. Vndè natum eſt, quod nunquam peccatum, nec cogitatione, nec verbo, nec opere admiſerit. Quare Deus non ſolum ornauit ſanctiſsimam Virginem omnibus gratijs; ſed etiam cum ea, tanquam cuſtos theſauri magni degere voluit.

15. M. Quid vult dicere, Benedicta tu in mulieribus?

D. Hæc tertia laus eſt, quæ Dei Matri collata fuit; qua oſtenditur non ſolum illam fuiſſe plenam gratijs Virgini conuenientibus, ſed illas inſuper habuiſſe, quæ maritatas exornant, vt abſolutè mulieres omnes, ſiue quæ nunc ſint, ſiue quæ futuræ ſint, tranſcendat. Benedictio mulieris maritatæ eſt fœ-

na aca vile, ór dollmhaigh Diá í chum gras do ghlaca ní as fairſinge & ni as acfuinnighe na aoinnduine ele riamh; mar as léir ſan tſompla ſo; cuir à ccas: go lionfuidhe ſeithighe do ſlanic, & go mbiadh Soitheach aca bu mó lán na an chuid ele, ataid vile lan, gidheadh as mo do thúill don tſlanic ſan tſoighthech bu mo: à chiall ſo go ndein Dia na daoine nios acfuinnighe, no neamhacfuinnighe na cheile à meid no à luidhead gras, & do reir na caliachta, no offige roinneas ortha, & na ſtaidi na mbiaid. Mar ſoin do bhrigh nar fheidir offig do thabhairt do chreatuir ar bioth bú mo na bheith na Mhathair ag Diá, tríd ſoin do rinne Diá ar Mbantighearna ni as iomláine, & ni as abidhe chum na ngras do ghlca, & do lion í dhiobh tar & os cionn gach creatuir ele.

14. M. *Cread re radh ata an Tighearna maille rioth?*

D. *Ag ſo an dara mola berthar ar Mhuire ann ſo lé ttaisbeantar dhunne go raibh Dia ô thus à gineamhna do shior maille re da ſtuiradh, da teagaſc, & da dion. As gur dearabhtha nar pheacaidh ſi riamh à ſmoaineamh, à mbreithir na à ghniombh. Mar ſoin ni he amhain gur dhemhaiſg Dia an Mbanogh bheanuighthe leis na huile ghraſuibh; gidheagh amh do bí à thoil bheith farré dho shiór dha coſnudh & da comed, mar thaiſgéthóir Stéir chomh voſaíl, chomh ceanneamhail, chomh oiriric ſoin.*

15. M. *Cread re radh as beanuighthe thú tar na mnaibh vile?*

D. *Ag ſó an treás mola do berthar ar Mhuire ann ſó, le fhoillſighthear, nach é amhain go raibh aice na huile ghraſa bhearas re logh nó re maighdin, acht farrú ſoin na graſa & na ſubhailche bheanas re mnaoi phoſta, ionnus gan iſgeacht na ambras ar bioth, gur shàruigh à mbeanuighteacht an vile bhean dha ttanig-*

cunditas, quæ Diuæ Virgini non defuit, quia Filium peperit centum millibus filiorum, quid dicam centum millibus, imò omnibus qui sunt, fuerunt, ac futuri sint, præcipuorem. Potest etiam dici eam Matrem infinitorum penè filiorum esse: quia boni Christiani omnes fratres Christi sunt, & consequenter huius Matris filij, non quidem per generationem & naturam, quomodo solus Filius est Christus, sed per amorem maternumq; affectum, quem ergà omnes induit. Vnde meritissimè dicitur in mulieribus omnibus benedicta, quia aliæ, aut virginitatis lauream sine fœcunditate habuere, aut benedictionem fœcunditatis sine Virginitate. Hæc sola ex peculiari priuilegio Dei lauream virginitatis, cum summâ fœlicissimâque fœcunditate coniunxit.

16. M. Quid significat benedictus fructus ventris tui Iesus?

D. Hæc quarta laus est Beatæ Virgini collata, vtpotè quæ non solùm sit ex seipsâ omni honore digna, sed etiam propter fructum vteri sui. Vti enim fructus arborem ipsam commendat, sic quoquè gloria filij in Matremredundat. Et vti Dominus Iesus non solùm est verus homo atquè inter homines benedictus; sed etiam *Deus benedictus super omnia.* D. Paulo teste ad Rom. 9. ita Mater eius non solùm benedicta est inter mulieres; sed etiam inter omnes, tàm cælestes, quàm terrestres creaturas.

17. M. Declara nunc reliqua verba huius salutationis; & vt cõtinet *Salue Regina?*

D. In dictis verbis, principalem laudem Dominæ nostræ Ecclesia repetit, quæ est, esse Matrem Dei, ac Reginam cælorum, coque commonstrat illam

D. *Duine do innisin na bpeacuidhe do rinne sé go foilightheach, maile ré doilgheas rò mhòr do bheith air tré na ndeanamh, & diomdha Dé ar Tighearna do thuilleamh, ag sághail absoloide on Tsagart, ag coimhliona à bhreitheamhnuis ai thrighe lé intinn gan na peacuidhe ceanna dho dheanamh choidhche à ris, & lé rún leorghniomh dho dheanamh san luas na féidir leis.*

3. M. *Ciodh as indeanta dhon pheacach chum maithfeachuis do shaghail ann à pheacuidhibh, maile rè subhailche & brigh an Tsacrament só*

D. *Ataid 4. nithe do shiachuibh air do dhea-*

confeſsio ſit perfecta & digna. *Primò*, examinare diligenter conſcientiam, inquirendo quæ præcepta violauerit, quæ bona opera omiſerit, quæ peccata mortalia admiſerit, cogitatione, verbo, & opere. *Secundò*, vehementer dolere quod diuinam Majeſtatem offenderit, vt latius (capite antecedenti) explicatur de Contritione. *Tertiò*, peccata integrè Patri confeſſario confiteri, nullum peccatum occultando, ſed ea intelligibiliter, apertè, diſtinctè, & ſine aliquâ deuiatione aut excuſatione, excuſando. *Quartum eſt*, adimplere pœnitentiam à Sacerdote impoſitam, quam primùm poterit, & in ſtatu gratiæ, nam ſic magis merebitur.

4. M. Si homo, poſt peccatorum ſuorum examinationem, ea Confeſſario confiteatur, ſine intentione emendandi ſe, vtrum obtinebit remiſsionem ſuorum peccatorum à Deo?

D. Equidem non, ſine ſuorum peccatorum dolore, & intentione emendationis.

5. M. Quid illi prodeſt, qui benè, & perfectè confitetur?

D. Multum: nam obtinebit remiſsionem omnium peccatorum ſuorum, & gratiam Dei ad reſiſtendum eis.

6. M. Debetne homo confiteri, quoties in peccatum mortale inciderit, ad remiſsionem obtinendam?

D. Id vtiliſsimum eſt, licèt ſtatim ad id non obligetur (niſi per pœnitentiam aſtrictus ſit à Confeſſario) ſufficit enim tunc elicere actus contritionis, & deindè opportuno tempore confiteri.

7. M. Habes ne aliquam methodum claram ſeu regulam confitendi?

D. Habeo equidem, vt non modò pec-

namh chnm na faiſidine dho bheith diongamhaltha. An 1. ní, *à choinſias do ſgruda go dithchilleach, ag cuárttugh & ag feachain cia na Haitheantha do bhris, cia na deaghoibreacha do leig dhe gan deanamh, cia dona peacuibh marabhthacha dar aontuig, à ſmuaineamh, à mbrethir, no à gniomh.* An 2. ní, *ní folair dho doligheas mòr do bheith air trè diomgha Dè do thuilleamh, mar adubhramair ſan caibidil romhainn.* An 3. ní, *à pheacuidhe go hiomlánn dadamhail da Athair faoiſidineach, gan aon pheaca dhiobh dho cheilt, acht an innisin go ſothuigſe, oſguilte idirdhealuighthe, & gan leithſgeal do ghabhail na dul as à ſlighe an aoin cheim.* An 4. ní, *an breitheamhnus Aithrighe chuireas en Sagart air do choimhlionadh ſan lúas na féidir leis ar ſtaid na ngràs, òr as amhla ſoin as mo aluaidheacht.*

4. M. *Ma dho ní duine tar eis mionachuarttuighthe à pheacuidhe, à fhaoſidin ris an Sagart gan intinn è féin do leàſú, an fhoighe maith feachus ó Dhia?*

D. *Ni fhoigh go deimhin gan dolàs do bheith air ar ſon à pheacuidhe, & intinn è fein do leaſú.*

5. M.. *Cred an tarabha dhon tí do ní à fhoiſidin go maith?*

D. *As mòr ſoin: òr do gheabha maithfeachas an na pheacuibh go hiomlànn & gràſa Dè chum ſeaſaimh na naghaidh.*

6. M. *An fhoil do fhiachuibh ar dhuine à fhaoiſidin do dheanamh gach vàir thuiteas ſe à bpeaca mharabh, chũ maithfeachuis do fhagail?*

D. *As rò tharabhach rè dheanamh ſon, bioth nach ſoil do volach air à dheanamh do lathaim, or as leor an ſon an combrughcroidhe, & à fhoiſidin do dhea neamh an tũ do gheabha vain air, acht mona fhoil do volach air on Athair faoiſidene, à dheanamh ò bhreitheamhnuſaitrighe.*

7. M *An fhoil riaghail ar bioth ſoleir agad chum faoiſideneach dho dheanamh?*

D. *Ata go deimhin, ar tús, gan an peacach*

cator contritione suâ sit contentus, sed etiam se ad Sacerdotis pedes abijciat (vti Magdalena ad Christi pedes abiecit) nec Sacerdotem respiciat, & se muniat signo crucis, maximo autem cum dolore, ac tristitiâ, Deique timore; recitet confessionem generalem in hunc modum: *Ego miser peccator, confiteor Deo omnipotenti, B. Mariæ semper Virgini, B. Michaeli Archangelo, B. Ioanni Baptistæ, SS. Apostolis Petro & Paulo, B. Patricio, & omnibus Sanctis, & tibi Pater quia peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere.* Tunc recitet sua peccata hoc modo: Accuso me coràm Deo Omnipotenti, ac vestrâ reuerentiâ, quod non accedo ad hoc Sacramentum pœnitentiæ, cum illâ præparatione conscientiæ, examinatione, & dolore pro meis peccatis sicuti debeo, etiam me accuso propter meam ingratitudinem ergà Deum, ob gratiam ac beneficia in me collata, accuso me etiam quod redij ad committenda innumera peccata, idque (ex meâ malicià & pigritiâ) quæ antea sæpè confessus sum, vt sunt hæc: Hic numerat omnia peccata, quæ meminerit: Discurrendo per decem Præcepta, nempè, quod ex illis aut quoties transgressus est, quæ, etiam peccata mortalia commiserit, nec non peccata in Spiritum sanctum, clamantia in cælum, & quæ opera Misericordiæ neglexerit, &c. vt superius dictum est in capitibus antecedentibus.

Denique me accuso, quod omnino rim vltimam Pœnitentiam mihi impositam, vel non cum debito dolore ac satisfactione illam impleuerim, quodque corpus Domini mei non sumpserim cum debita diligentia, dilectione, ac reuerentia. Quod denique post communio-

Foillsudh ar an Tteag. Crioſt.

dho bheith ſaſuighthe amhain leis an ccombhrugh croidhe, acht imthiacht roimbe, & à legean ar à ghlunibh à fhiaghnuiſe an Tſagairt (mar do leig Magdalena í féin à fhiagnuiſe Chrioſt, è féin do choiſreaga, tugadh dha aire gan feachaint ar an Sagart, & lé hiomod doiligh, dobroin, & eagla Dé, abradh an fhaoiſidin gheneralthа, mar ſó: Meſe an peacach bocht, admhain do Diá vilechomhachtach, dó Naomh ogh ſhiorruigh Mhuire, do Naomh Micheal Archaingeol, do Naomh Eoin Baiſte, do na Naoimh Apoſtaluibh Peadar & Pól, do Naoimh Phadruig, dona huile Naomhaibh, & duitſe à Athair Spioradaltha, gur pheacuidhcas go ró minic lè ſinuaineabh, lè breithir, & lé gniomh. *Cuireag ſios à pheacuidhe mar ſó: Geranaim mhe fhéin do lathair Dé, & do bhùr lathairſe à Athair Spioradaltha, nach foilem ag tiacht chum an Tſacrament ſó na Haitrighe, leis an ollamhugh, ſgruda, & mionochuarttúdh mo choinnſiais, na leis an ndoligheas, na leis an atuirſe tre am pheacuibh mar bú choir dhamh: mar an cceann na geranàim mhe fhein tré am dho bhuidheachuis do Dhia, ar ſon attug do ghraſuibh & do thioghlaicibh dhamh. Mar an cceanna geranaim mhe fhein gur fhilleas ar an iomad peacaidhe do rinneas roimbe ſó go minic do fhaoiſidin, fá mar ata an peaca ſó, & an peaca ele ſó da nainimniugh. Ann ſó cuireag ſiós go hiomalán gach peaca ar à ccoimhneocha, ag ſiobhal ar na deith Naitheantaibh, cia aca do ſharuigh, & ca mhinaoca, cia dhona peacuibh marabhthacha dar aontuig, no fós na peacuidhe an aghaid an Spioraidh Naoimh, na na peacuidhe ſgreadas ar Dhiá ag iaruig dióghaltaiis, & cia na hoibreacha Trocaireacha do leig dhe da chiónta féin gan deanamh, &c. mar do fhoillſiomair roimbe ſó: à ris geranaim mhé féin nár chomhlionas an breith-*

nem

nem non fouerim conscientiam meam, bonis cogitationibus, & meditationibus: Considerando Dei (quem sumpsi) omnipotentiam, gratias reddendo ob maxima & innumerabilia beneficia, in me indignum, collata; quodque ipsum non rogauerim deuotè, vt à me iram suam auertat; quodque plurima sæpius oblitus fuerim confiteri. *Mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideò præcor B. Mariam semper Virginem, B. Michaëlem Archangelum, B. Ioannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum & Paulum, B. Patricium, omnes Sanctos, & te Pater spiritualis orare pro me (maximo peccatore) ad Dominum Deum nostrum*, vt mihi dignetur elargiri plenariam indulgentiam omnium peccatorum meorum, quæ scio sæpissimè committere, & omittere ignoro, huiusque maximè me pœnitet, & firmiter propono deindè me emendaturum, & euitaturum omnes peccandi occasiones, & nunquam vllum commissurum, ac deniqúe Pœnitentiam quæ mihi iniuncta fuerit impleturum: ideoque Pater spiritualis humiliter à te peto absolutionem.

8. M. Dic mihi quæso, vtrum forma generalis confessionis (sicut Ecclesia docet) debet recitari, præterquam eo tempore quo quis sacramentaliter confiteatur Sacerdoti?

D. Maximè vero scilicet mane surgendo, & nocte cumbendo, & sacrum audiendo, corpus Domini sumendo, cæte-

eamhnusaithrighe do cuireag oram fá dheire, nò nàr choimhlionus è lèis an ndoilgheis, lèis an lèoir ghníomh, & lèis an ndicheall iomchuibhaidh; nàr ghlacas corp mò Thighearna lèis an nduthracht, vruim, ngradh, na lèis an ndicheall iomchuibhe. Fa dheirigh nár choimeadas & nàr chonngluigheas mò choinsiás à ndéaghsmuáintighthibh ag coimhniú ar mhordhacht Dé ar Ttighearna, do ghlacas, & ar à vileachùmhàchtuibh, dà bhuidhe chasú tré an [illegible] fhiù mé. Mar an [illegible] à fhearag [illegible] thabhairt dham [illegible] leabh, & iad so, & [illegible] dhearamad dham go [illegible]

Leám chióntuibh féin, [illegible] féin, leám ró chionta féin. Aran adoh ar soin guighim an Naomh [illegible] Mhuire, Naomh Michael Archaingeol, Naomh Eoin Baiste, na Naoimh Apostail Pedar & Pol, Naomh Phadruig, na huile Naoimh, & tusa à Athair Spioradaltha guidh ar mô shon an (peacach bocht) chum mo Thighearna Dia: *Maitheamhnachas do thabhairt dhamh am peacuidhibh rò mhòra noch as eòl dhamh do dheanamh & nach eol dhamh à ccur dhiom, as rò olc liom son: cuirim reomhan go seasmhach ò só suos mhe fhèin do leasú, & do sheachna ar an vile chùis pheaca, & an breitheamhnasaithrighe chuirfear orom dho choimhlionadh, maile ris soin iarraim ar ghradh do Dhia absolòid ortsa à Athair Spioradaltha.*

8. M. *Innis damh an còir foirim na faoisidineach generaltha (mar theagascas an Eagluis) do radh aoin vair ele acht an trath bhias neach dha fhaoisidin do lathair an Tsagairt go Sacramentaltha?*

D. *As coir go deimhin, ag cirghe ar maidin, ag dùl do cholladh son oighche, ag aoisdeacht*

raque

raque Sacramenta recipiendo.

9. Dic, quem fructum Sacramentum hoc Pœnitentiæ affert secum?

D. Quatuor fructus maximos ex hoc Sacramento percipimus. *Primus*, de quo diximus est, quod Deus peccata commissa post Baptismum remittat, mutetq; æternam pœnam inferni, temporali pœna in vita hac, aut in Puagatorio sustinenda. *Alter est*, quod bona opera facta à nobis in Dei gratia constitutis, & per peccatum deperdita, mediante hoc Sacramento redeant. *Tertius*, quod simus soluti ab *Excommunicationis* vinculo, si fortè eo innexi fuerimus: quoniam scire tua interest, *Excommunicationem* pœnam esse grauissimam, vtpotè, quæ nos orationibus Ecclesiæ destituat, item Sacramentorum vsu, ac conuersatione fidelium, & denique in loco consecrato sepultura. Nunc ergò à pœna adeò terribili per Pœnitentiæ Sacramentum liberamur in vigore auctoritatis eius, quam Cõfessarius ab Episcopo suo, aut Summo Pontifice acceperit: licet etiam illam absolutionem ab *Excommunicatione* extra Sacramentũ, à Prælato habere possimus. *Quartus* & vltimus fructus est, quòd capaces per hoc Sacramentum fiamus thesauri indulgentiarum, quem frequenter Summi Pontifices dispensant.

10. M. Quid est indulgẽtia seu remissio?

D. Indulgentia est liberalitas quædam, qua Deus mediante. Vicario suo erga fideles suos vtitur, dum temporalem illis pœnam indulget, aut totam, aut ex parte, ad quam, siue in hoc mũdo, siue in purgatorio exhauriendã, obligati erãt.

11. M. Quid, vt quis indulgentijs gaudere possit, requiritur?

D. Vt videlicèt homo in gratia Dei sit,

Aiffrinn, ag glaca chuirp an Ttighearna, & roimh na Sacramenibh ele.

9. M. *Ciodh an toradh, & an tarabha dho bheir Sacrament na Haithrige leis.*

D. *Glacamaoid 4. toraidh ró tharabhacha On Tsacrament só na Haithrige.* Ar 1. (*mar do reambradhamair*) *maithean Dia dhuinn na peacuidhe dho nimaoidiar Mhaiſte, & malartuighean Pian ifiorruighe Iffrinn, à bpéin aimseardha ar an saoghal só, nó à Bpurogadoir.* An 2. toradh, *na deagoibreacha do rinneamair à ngrásaibh Dé, & do chailleamair leis an bpeacadh, filltear oraiñ iad go tuilliach mailleris an Sacrament só.* An 3. toradh, *go sgaoilfhear sinn leis an Sacrament só ò choibhreach an* choinneallbhaite, *ma dho bhamair ceangailthe aige: & biodh à fhios agad gur rò mhòr pián an* choinneallbhaighe, *òr bainig dhian cuidiugh vrnuighthe & guidh na Naomh Eaglaiſe, & cumas na Sacramenti do ghlaca, comhluadar naCrioſtuighthe: à nois amh saorthar sinn on phein deacaruig adhfuathmhair soin le Sacrament na Haitrighe, do bhrigh an vgdarais ghlacas an Tathair faoisidineach on Eaſbug no on Phapa; bioth gúr féidir le Prelàta an giól só na* coinneallbhaidhe, *an eagmais Sacrament na faoisidene do sgaoile.* An 4. & an toradh deanach, *go ndein an Sacrament só sinn ollamh dionghmhaltha chum stóir mhaithfeachuis na loghtha; do bheirid na Papuidhe amach go minic do ghlaca.*

10. M. *Cred è logha no maithfeachas?*

D. *Ionann logh, & féile, fairsinge, no libralthecht ghnaithigheas Dia maile ré laimh à Bhicaire féin ar an Talamh dho roinn ar na Crioſtaithibh ag maitheamh dhaibh na peine aimseardha, no choda dhi, dhligheadh siad do tóc ar an saoghal só no à Bpuragodoir.*

11. M. *Cred as riochtanas do dhuine chum an loghtha do fhaghàil?*

D. *Ni fulair an duine dho bheith à ngrasaibh* confi-

confiteaturque, si se peccato nouit obnoxium; item adimpleat omnia, quæ Summus Pontifex in Indulgentiarum promulgatione exigit.

12. M. Quoties ad Sacramenti Pœnitentiæ receptionem obligamur?

D. Sancta Mater Ecclesia cuilibet semel ad minimum in anno confessionem præcipit. Est nihilominus toties alicui confiteri necessarium, quoties Eucharistiam sumere proponit, & conscientiam peccati mortalis habet. Similiter, quando quis in mortis articulo est: aut facinus aliquod aggreditur, cui periculum mortis subest. Præterea & hoc perpendendum est, bonum opus esse frequenter confiteri, & identidem expurgare conscientiam, præsertim, cùm illi, qui rarò confitentur, maxima cum difficultate id benè facere possint. *C. omnis vtriusq; de Pent. & remiss.*

Dé, & à fhaoisidin do dheanamh, ma aridhean è fein à bpeacadh; mar an cceanna ní folair dho gach ní chuireas an Papa sios ag tabhairt an lotha amach do chomhlionagh.

12. M. Ciod amhenecacht ata do shiachuibh orainn Sacrament na Haithrighe do ghlaca?

D. Fograidh ar Naomh Mhathair an Eagluis do gach Criostuighe an Sacrament so do ghlaca (an chuid as lú dhe) váir san mbliaghain. Os à chionn son as riochtanas do à fhaoisidin do dheanamh gach váir as meán leiis comaoine do ghlaca & bhios coinnsias pheaca mhairibh aige. Mar an cceanna, an tan bhiás neach an artigáil bhàis: no an tan chureas roimhe gniomh ar bioth do dheanamh ann ambiag contubhairt báis. Na niagmais soin, as measta dhuinn gur tarabhthach dho dhuine à fhaoisidin dho dheanamh go minic, & à choinsias do ghlana; or an droung nach dein à fhaoisidin, acht go bannamh, as leasc léo & as deacàir dhaibh à dheanamh go mhaith.

CAP. VII.

De Satisfactione, quæ tertia pars est Pœnitentiæ.

1. M. QVid est Satisfactio?

D. Satisfactio est, vt peccator animo faciendi pœnitentiam, voluntarieque acceptandi pænam illam, quam confessarius imposuerit, & quantocius adimplendi accedat. Considerans interim Deum maximam illi gratiam præstare, quod æternam inferni pœnam indulgeat, pœnaque temporali contentus sit, multo vtique quam peccata meruerunt minore.

2. M. Vt melius intelligamus, quæso dic nobis, quid est satisfactio?

D. Satisfactio est solutio Pœnitentialiter facta, in satisfactionem culpa-

AN VII. CAIB.

Ar an 3. cuid don Aithrighe .1. an leoirghniomh.

1. M. CRed as riochtanas chum an leoirghnimh dho dheanamh?

D. Intinn do bheith ag an bpeacach aithrighe do dheanamh, & an bbreitaithridhe chuirtheas an Tatair faoisidene ich air do choimhlionadh san lúas as féidir leis go toileamhuil. Ag smuaoineabh gur mór an fabhar, & an mhaith do ní Dia dho à maithaamh pheine siorraidhe Iffrioñ, & bheith toilthanach ar phein aimsiordha aslú go mór na mar do thoilleador à peeacuidhe.

2. M. Innus go mo feairde theigfeam so, achuinghim ort innis ciodh an ní è an leoirghniomh?

D. Dioluigheacht aithriach do nithar an ioc na ccionta do rinne. Goirthar fós leórghniomh

rum admissarum. Dicitur etiam satisfactio pœnitentia à Sacerdote in confessione imposita.

3. M. Quot modis hæc satisfactio fieri debet?

D. Tribus modis: nempè ieiunio, oratione, & eleëmosyna.

4. M. Ad ieiunium benè instituendum, quid requiritur?

D. Tria requiruntur. *Primo*, semel in die cibum sumere. *Secundo*, eundem cibum circa medium dici sumere, & quo tardius, eo melius. *Tertio deniq*, abstinere à carnibus, ouis, & lacticinijs. Per ieiunium non solum intelligitur abstinentia ciborum; verum etiam omnes aliæ asperitates corporales, seu mortificationes, quæ cilicijs, disciplinis, humicubationibus, peregrinationibus & similibus fiunt.

5. M. Per orationem quid intelligis?

D. Per orationem intelligo omne genus exercitij spiritualis, vt Missam audire, recitare *Officium diuinum*, *Psalmos pœnitentiales*, *Officium defunctorum*, *Pater noster*, *Aue Maria*, & Rosarium B. Virginis *concionem audire*, *doctrinam Christianam addiscere seu docere*, & similia.

6. M. Deniqúe ad eleëmosynam quid requiritur?

D. Ad eleëmosynam non solum auri & argenti donatio, sed etiam quælibet opera Misericordiæ tam corporalia quam spiritualia intelligũtur, *vti cibare esurientem, docere ignorantem, &c.*

7. M. Estne melius satisfacere Deo pro seipso operibus istis, an verò Indulgentiarum se participem reddere?

D. Melius est, hominem satifsacere operibus istis pro se ipso: quia per Indulgentiam solum satisfacit Deo pro

Foillsudh ar an Tteag. Crioſt.

dhon bhreitheamhnusaithrighe chuereas an Sagart faoisideneach ar neach.

3. M. *Ca mhead modh ar à còir an leòrghniomh so dho dheanamh?*

D. *Ar 3. modh .1. le Troſga, le Hurnuighthe, & le Deirc.*

4. M. *Cred ſhiorthar chum an Troiſge dho bheith còir diongambaltha?*

D *Siorthar 3. coinghiall chum an Troiſge dho dheanamh mar as còir.* An 1. ní, *biadh dho chaitheamh aon váir amhain son lá.* An 2. coingioll, *ſen à ttaca an mheadhoinlae, & ní ſhéil da dheaghnuighe nach feardi.* An 3. coinghioll, *gan feòil, oibhe, na bánbhiadh dho chaitheamh. & leis an ttroſga, (nibe alháin go tuigthear treighnus ó bhia & ó dhigh) acht fós oilirthechus, ſgiurſadha, leine reéin, luigh ar an ttalamh, & à ſamhuil ele.*

5. M. *Cred thuigheas tú maille re Hurnuighthe?*

D. *Tuigim an vile ghne oibre ſpioradaltha, mar ata aiffrionn do eiſdeacht, an* offic chánnonta *do rad, an* Phaidir, *an* Taue Maria, *an* Tſalthair Mhuire, *na* Sailim aithrighe, offig na marabh, ſeanamaoir, *an* Teagaſc Crioſtuighe, *do theagaſg, no do ſhoghlaim &c.*

6. M. *Fa dheire cred ſhiorthar chum na Deirca do dheanamh?*

D. *Ní tabhartas airigid, na óir amhain tuigthear maille ris an Ndeirc acht fós, gach obair ele Throcaire chorpordha & ſpioradaltha, mar ata* biadh do thabhairt do ocrach, an taineblfnioſach dho theagaſc. &c.

7. M. *An fearr dho neach leoir ghniomh dho dheanamh ré Diá ar à ſhon féin, leis na degoibreachaibh ſo, na maille re cuidiú na loghtha*

D. *As ro fhearr leòrghniomh dho dheanamh leis na deghoibreachaibh ſoin: or leis an logha do bheir ſaſú dho Dhia, ar ſon na peine amhain*

obliga-

obligatione pœnæ quam in purgatorio erat soluturus : at vero istis operibus Deo satisfacit, & æternam simul vitam meretur. Nihilominus omnium optimum est, vt vtriusque homo diligentem curam habeat, nimirum, vt partim pro seipso satisfaciat, quoad fieri poterit, partim vero indulgentiarum se participem reddat.

8. M. Quare anteponis Sacramento sacrosanctæ Eucharistiæ Sacramentum Pœnitentiæ.

D. Quia Christianus debet purus esse, & mundus conscientiâ ad tanti ac talis pignoris sumptionem.

CAP. VIII.

De sacrosancto Sacramento Eucharistiæ.

1. M. QVid appellas Sacramentum Eucharistiæ ?

D. Nomen illud purè græcum est, significatque gratam memoriam, aut gratiarum actionem, quia in illo mysterio memoria fit, ac gratiarum actio de excellētissimo beneficio sanctissimæ Passionis Saluatoris nostri, & simul verum Corpus & Sanguis Domini porrigitur, pro quo perpetuo obligamur Deo gratias agere, & est cibus spiritualis animam alens, vitamq; æternam præbens, & gratiam augens, si Christianus illum dignè sumat.

2. M. In Eucharistiâ quid recipimus, dum communionem sumimus ?

D. Sumimus Dominum nostrum Iesum Christum qui in cælis est.

3. M. Sic Dominus noster Iesus Christus est in hostia consecrata, integrè, simul cum capite suo sanctissimo, ac cæ-

dho bhi do volach air dióc à Bpurogadoir. Gigheadh leis na degoibreachaibh, nihe amhain go tt abhair leoirghniomh vaidh, acht fós maráon ris ſoin tuilligh an bheatha ſhiorruighe. Tar à cheann ſon, à ſe as fearr ré dheanamh, cúrúm gach coda aco dho bheith ar dhuine .i. an leórgh niomh dho dheanamh dha thaoibh fein, do reir à dhithchil : mar an cceanna cuidiúgh an loghtha dho ghlaca.

8. M. *Cred fá ccuireantú Sacrament na Haithrighe roimh Naomh Shacrament na Heucharista .i. chuirp an Tighearna?*

D. *Do bhrigh go ſhoil do ſhiachuibh ar an Ccrioſtúighe bheith glancoinſiaſach Aithrigheach riá nglacadh à cho mórdha ſoin do thabharthas.*

AN VIII. CAIB.

Ar Naomh Shacramēt na Heuchariſtia.

1. M. *CRed da ngoireann tú Sacrament na Heuchariſtia?*

D. *As focul greagach è chiallúigheas cúimhne bhuigheachais no altuighthe ngrás, òr is an ſa miſteri ſo do nithear cuimhne, & berthar buichas re Diá ar ſon tioghlaice oirdheric Naomh Phaiſe an Tſlanathora, & friothalthar & berthar amach corp firinneach & fuil ar Ttighearna, noch aga fhoil do fhiachuibh orainn Diá dho bhuichaſu ar à ſhon do ſhiòr, & as biádh ſpioradalltha è lè mbeathuighthear an tanam, lé fhaeghthar an bheatha ſhiorruidhe & lè mea duighthear na gráſa, ma ghiacan an Crioſtuigh go còir dionghamhaltha é.*

2. M. *Cred ghlacamúid ſan Eucharistia an tan caithemaoid comaoine?*

D. *Glacamaoid ar Ttighearna Ioſa Chriost ata ar Neamh.*

3. M. *Mar ſoin ata ar Ttighearna Ioſa Crioſt ſon Abhlainn Naomhchoiſiricgthe gon à cheann ro Naomhta, & an chuid ele dho gheateris*

teris membris & partibus ſui Corporis ſanctiſsimi?

D. Verum eſt: nam Dominus noſter Ieſus Chriſtus eſt in hoſtia conſecrata ſub ſpeciebus panis & vini, in eadem ſtatura, integritate, gloria & Maieſtate, vt eſt in cælis, & in eodem Sacramento, permanet.

4. M. Cuius authoritate & potentia fit hoc?

D. Authoritate & potentia Domini noſtri Ieſu Chriſti multa miracula operante.

5. M. Quæ & qualia ſunt iſta miracula, quæ Deus facit in hoc Sacramento?

D. Sunt innumerabilia, & ideo modo tantum quatuor tibi explicabo. *Primum eſt*, hoſtia quæ in altari conſpicitur (ante conſecrationem) nihil aliud eſt, quam modica panis particula, ex ſubtiliſsima materia in rotunditatem formata: at vero, quam primum Sacerdos conſecrationis verba profert ſuper hoſtiam in ea inuenitur verum Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & quia Corpus viuum eſt, & diuinitati in perſona Filij Dei vnitum, ideò ſimul in corpore ſanguis & anima, ipſaque Diuinitas inuenitur, & ſic totus Chriſtus, Deus & homo in ea exiſtit. Pari modo in calice ante conſecrationem nihil aliud, quam modicum vini eſt, aqua modiſcima permixtum: at vero facta conſecratione, inuenitur in calice verus Sanguis Chriſti: & quia Sanguis extra Corpus non eſt; ideo ſimul in calice cum Sanguine corpus, & anima, ipſaque Chriſti diuinitas eſt, & ſic totus Chriſtus Deus, & homo in ea exiſtit.

6. M. Quid factum eſt de ſubſtantia panis & vini?

Foillſudh ar an Tteag. Crioſt.

guibh à chuirp rò bheamuighthe go hiomlàn.

D. *As fiòr ſoin: or ata ar Ttighearna Ioſa Crioſt ſan chruith cheanna ſon naoimhabhlain, ſan Ngloir & ſan Mordhacht, & ſan Staid cheanna ina fhoil ſe ar Neaomh, ſon Naomh Shacrament ſo na Haltorach deis à naomhchoiſirighthe, fá ghné arain & fhona.*

4. M. *Cia na comhachta & an tudardhas lendentear ſo?*

D. *Le comhachtuibh & le hudarras ar Ttighearna Ioſa Crioſt, ag oibriugh an iomad miorbhuiltighe.*

5. M. *Ciá & ca mhead miorbhuilthe do ní Dia ſan Tſacrament ſo?*

D. *A taid ſiad doairimhthe, & ar an adhbhar ſoin ní fhoillſeocha mhe dhuit diobh, acht à 4. amhain.* Ar 1. *an abhlainn vd do chi tú ar an Altoir ſul naomhchoiſreágthar í, níl inte acht began arain ar na dheanamh à fhuirim abhlainne bige comhchruinne: gedheadh ſan luàs na nalàir an Sagart na briartha Naoimhchoiſirighthe, ós à cionn do geibhthear ſan abhlainn ſoin corp firinneach arTtighearna Ioſa Crioſt, & do bhrigh go fhoil corp anTtighearna béo, & ceangailthe ris anNdiacht à bpearſain Mhic Dé, as mar ſoin da geibthear mar aon ris an ccorp, an fhúil, an tanam, & an diadhacht & mar ſoin ata Crioſt go hiomlan na Dhia & na dhuine inte. Ar an modh ccetanna' ſan chalis roimh à naomhchoiſireagu níl ann acht begán fiona tré ccurthar fior bheagán viſge: gigheadh iar na naomhchoiſriagadh ao geibthear ſan ccalis ſuil fhireneach Ioſa Crioſt: & mar nach ſöil an fhúil leith à muigh don chorp, ar an adhbhar ſoin do geibhthear ſan ccalis corp, anam, & diaghacht Chrioſt, & mar ſoin Crioſt go hiomlan Diá & duine.*

6. M. *Cred do roimeagh do ſhubſtaint an arain & an fhiona?*

D. Con-

D. Conuersa est in Corpus & Sanguinem Domini nostri Iesu Christi.

7. M. Dic secundum miraculum?

D. Hoc est secundum miraculum: Dominus noster Iesus Christus, qui super omnes cælos ascendit, & sedet ad dextram Patris æterni, etiam adest integer in hostia consecrata, & in vino consecrato in calice sub dictis speciebus panis & vini.

8. M. Quid est tertium miraculum?

D. Est quod Dominus noster Iesus Christus semper sit nobis præsens, ita vt totus Christus sit in hostia consecrata, & totus in qualibet parte illius; & si hostia fracta fuerit, etiam totus Christus erit in minima particula, sicut in tota hostia, sine membrorum corporis separatione ab inuicem, aut vlla omnino fractione, codemque modo sub speciebus vini in calice consecrato.

9. M. Quid est quartum miraculum?

D. Quartum miraculum est, quod remanent in hostia species color, & sapor panis, vt ante fuerunt: & nequaquam ipsius panis substantia ibidem est quæ prius erat, ideòque sub specie panis, panis non est, sed verum Corpus Domini, vt per similitudinem possis intelligere. Audiuit haud dubiè *Loth vxorem* in statuam salis conuersam esse. Age vero quicunque hanc statuam videbat, ille speciem, figuramque *vxoris Loth* videbat, quæ tamen *vxor Loth* amplius non fuit, sed sal sub specie mulieris deliteſcens apparuit: Sic quoque in hoc mysterio accidit. Mutatur enim interior substantia panis in Corpus Domini, eademque species panis, vti ante fuit, permanet. Idem de calice accipiendum est:

D. *Do hiompuigheadh í à ccorp & à fhúil ar Ttighearna Iosa Crioſt.*

7. M. *Ciodh an tara miorbhuilthe?*

D. *A ſedh an 2. miorbuilthe: go fhoil ar Ttighearna Iosa Crioſt do chuaidh ſúas as cionn na Fhlaitheas vile, & ata na ſhuidhe ar deis an Athar ſhiorruidhe, mar an cceanna ata ſé ſan abhlainn naomhchoiſirighthe go hiomlán, & ſan ccalís naomhchoiſirighthe faéi ghne arain & fiana.*

8. M. *Cred an treas miórbhúilthe?*

D. *Go fhóil ar Ttighearna Iosa Crioſt an ſo do ſhiór do lathuir aguin ſan abhlainn naomhchoiſirighthe, & è go hiomlàn an gach cuid dhi; ionnas dha mbrisfuigh í, mar an cceanna do bhegh Crioſt go hiomlàn ſan chuid bu lú dhi, mar ata an iomalaine na habhluine; gan ſgara na briſiogh à bhaoll ò cheile, & ar an modh cceanna fa gne an fhiona ſon ccalís naomhchoiſirighthè.*

9. M. *Ciodh an 4. miorbhuilthe?*

D. *An 4. miorbhuilthe, go fhanann ſan abhlainn, dath, gne, & blas arain, mar do bhi ar ttús: gigheadh ní fhanann ſubſtaint an arain ann, mar do bhi ar ttús, or biotb go fhoil fa gne arain, ní hann è, acht corp ſirneach ar Ttighearna Iosa Criost, mar as feidir do thaigſin do reir choſmhalacht. Ma bu chlos duit riacht tar mhnaoi Lot do hiumpuigheadh chum bheith na hiomlaighe Jhalain, & an tí dho fleachag ar an ngdallàn Salainn ſin do chidheachſighir* mhna Lot, *tar à cheann ſon mór bui* bean Loth *í ò ſoin amach, acht ſalann fa fhighir mhnà, mar ſoin amluil do athrruigh an tſubſtaint à ſligh do fhan gné mhnà ar an ttaoibh à muith: mar an cceanna ſan miſteri ſo, malartnighthear ſubſtaint an arain à ccorp Chriost ar Ttighearna, & fanuigh gne arain ar ann traoibh*

Species enim, sapor, color, odorque vini percipitur, neque tamen propterea ibidem est vini substantia, sed sub vini specie Sanguis Domini.

10. M. Magna sunt ista miracula quæ nobis declarasti?

D. Res magna profectò est, fateor: cæterum maior est Dei potentia, quæ vtique maius quid capacitate intellectus nostri facere potest. Sic enim Christus, quando in Euangelio ait (Mat. 19.) facere Deum posse, vt camelus, quod est maius animal equo, per foramen acus transeat, adiungit: *Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia sunt possibilia.*

11. M. Explica nobis aliquo exemplo, quo modo possibile sit, Domini nostri Corpus in tot hostijs esse posse, quot in adeò diuersis altaribus reperiuntur.

D. Non est necesse, vt nos intelligamus miracula Dei, sed abundè satis est, si illa credamus; quandoquidem certi sumus, non posse nos Deum decipere: nihilominus exemplum producam: Non est dubium, nos non nisi vnam animam habere, quæ tota est in omnibus membris corporis, tota in capite, tota in pedibus, imò tota etiam in quauis minima parte corporis. Quid ergo mirum est Deum facere posse, vt corpus filij sui in multis hostijs existat? quandoquidem per eandem eius potentiam vna eademque anima, tota & indiuisa in tam diuersis, longeque à se inuicem distantibus corporis membris esse possit? Legitur, in vita S. Antonij de Padua, illum, cùm quodam tempore in vna vrbium Italiæ concionaretur, etiam eodem tempore mediante diuina gratia in Portugalia

amhuil, mar do bhì ar ttús. An ní cenna tuigthear ar an ſhion, ór ata gné, dath, blas, & bolaith ſiona ann, gigheadh núl à ſhubſtaint, acht fuil an Tighearna fá gne ſhiona.

10. M. *As mór na niorbhuilthe ſoin do fhóilſighis duinn?*

D. *As mór go dcimhin gigheadh as mó vile achomhachta Dé, le na féidir nithe as mó dho dheanamh, na as féidir le nar nintleachtne dho thuigſin, mar à dubhairt Crioſt ſan Tſuibhſgeal: gur féidir le Dia camball do chur thri chró ſnáthaide caoile. 1. beathuigheach as mó na each, à dubhairt fós, ata ſo do dheanta ag na duinibh, gigheadh ata an vile ní ſo dheanta ag Dia.*

11. M. *Foillſig dhuinn le ſompla eigin, cionnus as féidir corp ar Tighearna dho bheith ſon lear abhlainnibh ſoin, bhios & do geibhthear an iomad altorách idird heal aithe.*

D. *Ní riochtanas miorbhuilthe & ſecredi Dé do thuigſin, acht as leór dhuinn à ccreideamhain, or as dearabhtha linn nach meallfa Dia ſinn; tar à cheann ſoin teiſbean fa mhe dhuit Sompla: As fiór nach foil aguin acht aon anam amhain noch ata go huilighe à ngeagaibh & à mballaibh an chuirp, go huilí ſon cheann, go huilí ſna coſuibh, &, an gach cuid dha luighead don chorp, mar ata anſna coſaibh, &c. Ma ſedh cred an iongana go mo fheidir le Dia corp à Mhic féin do chur an iomad abhlannibh & do bheith ionta, on tís chuireas fá ndeara maille ris na comhachtuibh ceanna an tanam go hiomlàn (ata do ronnta) do bheith na chomh iomoduil ſoin do ionaduibh à fhad ó cheile. Leighthear à mbeatha Naoimh Antoni de Padua, iar mbeith do ag ſeanamóir ſan Idainne go raibh ſe ſan aimſir cheama (le comhachtaibh Dé) ſan Bportingeil, ag deanamh degh oibre ele. Ar an adbhar ſoin ma do bfeidir le Diá an Naemh ſo dho chur ann dá ait*

extitiſſe,

extitisse, & ibidem aliud bonum opus peregisse. Nunc ergo, si Deus potuit efficere, vt sanctus Antonius simul in duobus distinctis locis adeò disiunctis in propria specie esset, quamobrem eius potentiæ non conueniret facere, vt in multis hostijs, sub earundem hostiarum specie esset Christus? Sic Deus plus potest facere, quam nos capere aut cogitare possimus; Omnia enim quæ vult potest facere, & nihil est ei difficile.

12. M. Dic mihi præterea, num Christus descendat de cælo, quando in hostia transubstantiatur, an verò in cælo remaneat?

D. Quando Dominus noster in sacra hostia transubstantiatur, non descendit de cælo, sed per diuinam suam potentiam in cælo simul & in hostia manet. Accipe exemplum in anima nostra: infans paucorum dierum, est minimus, vti videre est, qui si mensuretur, vix vnius palmi erit: at verò in crescendo maior euadet, quam antè erat, moxque duos palmos excedet. Nunc quæro ergo, num anima, quæ ante in vno duntaxat palmo erat, priorem palmum, vbi ad secundum gradum fecerit, reliquerit, an non? Certum est autem quod non reliquerit, nec disiuncta sit; quia indiuisibilis est; Itaque retinendo primum palmum, acquisiuit secundum. Sic quoque Dominus noster non relinquit cælum, eò quòd in hostia sit, nec ab hostia, eò quòd existat in cælo, discedit: sed simul in cælo, & in omnibus illis hostijs inuenitur.

13. M. Quare Deus hæc magna miracula facit?

D. Vt benefaciat nobis Christianis.

an aoineacht ro fhada ó cheile ana chruàith féin, cred an tadhbhar nar fhèidir leis maille ris na cumhachtuibh ceanna Chrioſt do bheith an iomad abhlainnibh fá gné aràin & fióna, & mar ſoin as mo as féidir le Dià dho dheanamh, na as féidir linne dho ſmoaineamh, na dho thuigſin: Or as féidir leis gach ní as toil leis do dheanamh, & níl ní ar bioth dodheanta aige.

12. M. *Abair fós an tturleangan Crioſt ò Fhlaitheamhnas, an tan bhios ſan abhlainn, no an fhanan ar Neamh?*

D. *An tan thig Crioſt ſan abhlainn choiſreaghtha, ni thuirlingeann ó Fhlaitheámhnus, acht le na chombachtuibh neamhdha bídh anaoineacht ar Neamh & ſon abhlainn Naomh choiſirigtha. Glac Somplo air ſo an anam an duine, an tàn bhios duoine beg òg da ttombaiſti an duine an trath ſoin, mar as follas, do gealbathaoi gur beg le réiſe dho bheith dho fhad air, gigheadh ar meadú dho do bhiàg ní bú mò na dha rèiſe dho bhreis air. Fiafruighim a nois, an tanam vd do bhí an aon réiſe amhain ar ttús, ar artha, ſe an rèiſe ſoin chum tiacht don dara réiſe, no ar ſhan inte? as fiór nar fhag, & nàr ſgar ris, or ata an tanam doreimte; mar ſoin gan an chèd rèiſi dho fhagh bhail tainig ſé ſan dara rèiſe. Ar an modh cceanna ni fhagann ar Ttighearna Neamh, chum bheith ſon abhlainn, & ní fhagan an abhluinn chum bheith ar Neamh, acht bioth an aoinneacht ar Neamh & an ſna habhlannibh gu huilidh & fá leith.*

13. M. *Cred fá ndéin Diá na miorbhuilthidh mora ſo?*

D. *Cum maitheaſa dho dheanamh dhuine na Crioſtuighthe.*

14. M.

14. M. Quæ bona ſunt illa ?

D. Bona illa quidem maxima & p'urima ſunt ; nam ſemper & aſsiduè eſt nobis præſens in ſacroſancto Sacramento Euchariſtiæ, vt dictum eſt, honorando nos ſimul cum Patre & Spiritu S. & noſtris neceſsitatibus ſubueniendo.

15. M. Dic modo quid nobis neceſſarium eſt, ad dignam huius Sacramenti ſumptionem.

D. Quatuor requiruntur. *Primum eſt*, vt ſuſcipiens peccata ſua confeſſus ſit, & in gratia Dei eſſe laboret, vbi ad communionem Sacramenti huius ire parat. Quia inter cæteras cauſas, quare Sacramentum hoc ſub ſpecie panis conferatur, eſt, vt intelligamus illud ad nutrimentum & augmentum diuinæ gratiæ viuis dari, non mortuis. *Secundum eſt*, vt omninò ſobrij ſimus, vt videlicet à medio noctis ab omni cibo, potuque etiam aquæ modicæ abſtineamus. *Tertium eſt*, vt intelligamus id, quòd facimus, deuotionemque erga tantum Sacramenti habeamus. Propterea enim Sacramentum hoc non datur pueris, nec amentibus, quòd vſu rationis deſtituti ſint. *Quartum denique eſt*, intelligere, & firmiter credere abſque vllo dubio Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in hoſtia conſecrata eſſe : quem Domina noſtra ſancta Maria honorat & adorat, cum omnibus Angelis, & ſanctis mirificis præconijs & obſequijs ; qui vehementer cupiunt, vt ipſe à nobis digne ſumatur, quod, vt aſſequamur, oportet, adhibere maximam diligentiam, gratiam & fauorem ab ipſo poſtulando, nec non à beatiſsima Virgine Maria, ab omnibus Angelis & Sanctis, vt nobis faueant

14. *M. Cred na maitheaſa ſoin do ni dhuinn?*

D. As ro mhor & as ro iomaduil iad rena naithris ; or ata ſe dho lathair aguinn do ſhior & do gnath ſon Naomh Shacrament ſo, ma raon reis an Athair & ris an Spirad Naomh, dar nonordhudh, & ag fortacht air ar riochtanus.

15. *M. Innis anoiis cred as riochtanas duinn, chum an Tſacrament ſo do ghlaca go diongambaltha, cóir?*

D. *As riochtanus* 4. nithe, an céd ní, *an ti glacus è à pheacuidhe do fhaoiſidin go hiomlán & à deanamh à dhicheill chum bheith à ghraſaibh Dé, an tan ollamhas è féin chum na cumaoinne Shacramenthaltha ſo dho chaitheamh. Ar an adhbar idir gach cuis ele, na ttugthar an an Tſacrament ſo amach fa gné arain, aſedh, ionnus go ttuigthemais (gur chum beathaighthe & meaduighthe ghras Dè ſon anam) do berthar do na beodhaibh é, & nach dona marabhuibh.* An 2. ní, *as riochtanas dhuinn bheith ar ghlancheaghlagan, ò mheadhon oighche à mach, gan an dadabh do bhiadh, na dho dhigh, na fós braón viſge dha luighed do chaitheamh.* An 3. ní, *go ttuigemis cred do niomaoid, & durthacht, & deuotion do bheith againn dha chomór ſo dho Shacrament. Agus ſoin an tabhar nach tugthar é do leanabuih, na do amaidaibh, na dho lucht miri, na dho aon neach ele nach biaigh à chiall ar chumas.* An 4. ní, *à chreideamhain go ro ſheſmhach gan chontubhairt ar bioth, go fhoil ar Ttighearna Ioſa Crioſt (ſon abhlainn Naomhchoiſirigthe) noch adhras & onoras ar Mhaintighearna an og Mhuire, no Haingil, & na huile Naoimh, le hiomad meltha, gradh, & buidheachais; & lid lan do fhonn, go nglacamaoiſne è go diongambaltha, mar as iomchuibhaidh ; chum ſo dho dheanamh, ní folair dhuinn, fa nar ndicheall, graſa do iarraig air féin, le fá bhar & impidhe na ban oige Muire, na Naingeal & na*

tanquàm

tanquam amici & aduocati coràm Deo.

16. M. Licetne accedere ad sumptionem Sacrosanctæ Eucharistiæ cum conscientiâ peccati mortalis?

D. Non equidem; nam qui in peccato mortali eam sumpserit, æternam damnationem, & Dei maledictionem sibi assumit.

17. M. Quam frequenter ad huius Sacramenti perceptionem obligamur?

D. Nostra sancta Mater Ecclesia Catholica ad minimum semel in anno idq; circà festum Paschatis, ad huius sanctissimi Sacramenti susceptionem obligat: esset (nihilominus) salutare idipsum, sæpius frequentare ex consilio Confessarij.

18. M. Explica nunc fructum, qui ex Sacramento hoc capitur, item finem, propter quem institutum sit?

D. Propter tres causas instituit Dominus noster Iesus Christus Sacramentum hoc. *Prima est*, vt sit cibus animæ. *Altera*, vt sit sacrificiũ nouæ legis. *Tertia*, vt sit perpetuum memoriale Passionis eius, pignusque amoris sui ergà nos charissimum.

19. M. Quem effectum operatur, in quantum est cibus animæ?

D. Illum operatur effectum, quem cibus corporalis in corpore: vndè etiam sub specie panis porrigitur. Vti enim panis conseruat calorem naturalem, in quo vita corporis sita est: sic quoquè sanctissimum hoc Sacramentum, quando dignè recipitur, conseruat, augmentatque charitatem, in quâ sanitas & vita animæ consistit.

20. M. Quem effectum operatur, in quantum est Sacrificium?

D. Mundo Deum reconciliat, multaque beneficia non solùm pro viuis, sed

Naomh vile, ionus go mo deonach leò guidhe air ar ſon mar chairdibh & mar abhcoidhibh do lathair Dé.

16. M. *An ceadathach dul (le coinſias pheaca mharaibh) à glaca chomaoineach?*

D. *Ni ceadathach go deimhin: or an ti ghlacas comaoine à bpeaca mharabh, as damain tſiorraighe ghlaca ſe & mallacht Dc.*

17. M. *Ciodh à mhionacacht ata do fliachaibh orainn an Sacrament ſo do ghlaca?*

D. *Ceangaluigh ar Naomh Mhathair an Eaglais Chatolice orainn, an chuid as lú dhe vair ſan mbliaghain, & ſon taca na caſga, na cheann ſon as ro tharabhthach à ghlaca niſa mhionaca do reir chomharle an Athar faoiſidine.*

18. M. *Foillſig à nois ciodh an tora, do geibhthear as an Sacrament ſo, & ciodh an chriochfar tionſgnadh è?*

D. *Ar ſon 3. ccúſe do thionſgain ar Ttighearna Ioſa Criost an Sacrament ſo.* Ar 1. *chum bheith na bheatha ag an anam.* An 2. cúis, *chum à bheith an Iobuirt ag an nua Racht.* An 3. cúis, *chum à bheith na ghnathchoimhne Shiorruidhe ar à Pháis fein, & no gheall ro fhollas ar à mhór ghradh dhuinn.*

19. M. *Ciodh an tefeacht oibrigh ſe, an mheoid as biadh no as beatha dhon anam è?*

D. *Oibrighidh an tefeacht & an gniomh oibrigheas an bheatha chorpordha ſan ccorp: as trid ſoin fós do berthar dhuinn è fá gné arain. Or amhail chothuigheas an tarán an teas na durtha ſan ccorp, ina ſeaſuigheann bheatha an chuirp cheanna: as amhluigh ceanna ſon an Sacrament ſo, an tan ghlacar è go coir, cothuig & meaduighidhan charthann, ina fhoil ſlainte, & beatha an anama.*

20. M. *Cred oibirigheas an mheoid gur ab Iobuirt è?*

D. *Ceannſuighidh Dia, & do ní reiteach &*

etiam pro mortuis in igne purgante degentibus, obtinet. Scire enim vestra interest, quemadmodum in veteri Testamento obtulerunt Deo multa Sacrificia animalium; Sic in nouo, eorum loco surrogatum sit Missæ sacrificium, in quo per manus Sacerdotum offertur Deo sacrificium acceptissimum corporis & sanguinis filij eius, quod omnibus illis veteris legis sacrificijs præfigurabatur.

21. M. Quem effectum, vt memoriale, & amoris Domini nostri ergà nos pignus est, operatur?

D. Nimirùm, vt memores beneficij tanti fiamus, ac nosmetipsos ad redamãdum, tantoperè ab eodem amati, accendamus. Et ideò quemadmodum in veteri Testamento voluit Deus, vt Hæbræi (non solùm manducarent manna, quod de cælo eis dederat) sed etiam voluit, vt conseruarent in vase aliquo, ad iugem tantorum beneficiorum memoriam, quæ Deus, dùm educeret ex Ægypto populum, eis præstitit. Sic quoque Christus voluit, vt Sacramentum hoc sanctissimum, non solùm manducaretur à nobis; sed etiam asseruaretur in altari, & interdum in Processionibus circumferretur, vt semper, quotiescunque hoc inspexerimus, infiniti eius amoris ergà nos recordemur. At verò in particulari loquendo, sanctissima Missa vniuersale quoddam compendium totius vitæ Domini nostri est, ne videlicet vnquam illa ex memoriâ nostrâ elabatur.

22. M. Dic mihi, cur laici tantum communicant sub specie panis?

D. Quia (vt dictum est) ita totus Christus est in hostia, atque in calice, & ita in minima particula, ac in maxima hostia.

& siochain idir è & an saoghal, ag faghail, an iomadaibh tioghlace vaidh, ni do bheodhaibh amhain, acht fos do mharabhuibh, à Bpuragodoir. Baine riot à fhios dho bheith agad, amhail san Tsan Racht do nithi dho Dhia an iomad Iobartha ar bheathuigheachuibh; as amhluigh soin, tanigh asteach son Nuaidh Reacht na náit soin Iobhairt an Aiffrinn, ana noffraithar dho Dia le lamhuibh na sagart Iobhairt ro thaithneamhach sheghlacathach chuirp & fhola Iosa Criost, á Mhic féin, do cialluiobgh & do samhluiogh san vile Iobhairt an Tsean Reachta.

21. M. Cred oibrigheas se an mheoid ata na ghnachuimhne & na gheall aguin ar an ngradh ata ag ar Ttighearna dhuinn?

D. Do bheir fa ndeara orainn bheith coimhneathach ar à cho mór soin do thabhartus, & chum go mhemaois ar lasadh do gradh, an ti do ghraigh sinn cho mòr soin. Agus amhail san Tsean Reacht, nach è amhain gur thoil le Dia à chur fa deara ar an Bpobal Eabhra an manna. 1. plúr neamhdha do fhear chuca ò Nimh do ithe; acht fós gur fhogair se dhoibh soightheach lán de do choimhead, mar chuimhne ar à cco mordha soin do thioghlaicibh, tug Dia dhaibh, an tan tug leis an Pobul as an Eghip. As ar an modh cceanna do bu thoil le Criost, ni he amhain go nithemaois an Sacrament ro Naomhtha so: acht fós go ccoimeadamaois é ar an Altóir, & ar varaibh dha bhreith linn à mach à Bproseission, ionus do shior, gach nuair do chifeam è, go ccoimhneocham ar an ngrádh neamhchóimse ata aige dhuinn. An Taffriõ ro Naomhtha fós as suim aithghearr é ar bheatha ar Ttighearna go hiomlàn chum nach rachadh se choiche as ar ccuimhne.

22. M. Innis damh cred fa nglacaid na tuotuidhe comaoine fá gné aráin à mháin?

D. Ar an adhbhar (mar do reamhradh) gur ab ionann ata Criost san abhláinn, & son ccalís, san mhír, no san chuid as lú, & san abhlàinn go hiomlàn.

23. M.

23. M. Quis est Minister huius Sacramenti, id est, quis illud consecrare, ac administrare potest?

D. Solus Sacerdos, cui Christus hanc potestatem concessit feria quinta in cœna Domini.

24. M. Quid faciendum est, post sacrosanctæ Eucharistiæ sumptionem?

D. Gratiæ sunt Deo agendæ propter innumerabilia ipsius beneficia, & misericordias statuendum, & vt ab omni cura mundana nos abstrahamus aliquamdiu, proponentes diligenter Domino nostro seruire, & nunquam ab ejus amore & gratia discedere.

CAP. IX.

De Sacrificio Missæ.

1. M. QVia dixisti, Missam esse vniuersale quoddam compendium totius vitæ Domini nostri Iesu Christi: & memoriale, explica nobis modo hoc mysterium?

D. Dicam breuissimè: *Introitus Missæ*, significat desiderium sanctorum Patrum, quod de aduentu Christi habuerunt.

2. M. Quid significat *Kyrie eleyson*?

D. Significat vocem istorum Patriarcharum, ac Prophetarum, qui à Deo aduentum Messiæ tanto tempore desideratum petiuere.

3. M. Quid dicis de *Gloria in excelsis*?

D. Significat Natiuitatem Domini in Bethlem. *Oratio*, vero seu *Collecta* proximè subsequēs; significat præsentationem eius, & oblationē Domini in Tēplo.

4. M. Quid significat *Epistola*, ad sinistrum cornu altaris solita?

23. *M. Cia Turne no Miniſtir an Tſacrament ſo .1. cia lena féidir à naomhcheiſereagha, & à thabhairt amach?*

D. Don Tſagart amhàin tug Crioſt na combachtha ſoin à ſuper an Tighearna dardain na comaoineach.

24. *M. Cred as deanta dhuinn tar eis chomaoineach do ghlaca?*

D. Dia dho bhidheachaſú trè na thioghlaicibh do airmhe, & tré na throcaire dhuinn, ſinn féin do chonnobhail on vile chúram ſaoghaltha ar fegh tamail, ag cur romhainn ſerebhis Dé dho dheannamh go dichallach, & gan ſgara choithe rena ghradh, na rena graſuibh.

AN IX. CAIB.

Ar Iobhairt an Aiffrinn.

1. M. *DO bhrigh go ndubharais gur ab é an Taiffrinn ſuim iomlàn aithghearr bheatha ar Ttighearna Ioſa Crioſt, & à chuimhne, foillſigh anois an deamharuinn ſo?*

D. Foillſeochad go haithchumair. Toſach & dul aſteach an Aiffrinn, *cialluigh ſé an mór fhonn & an mórmhiàn do bhi ar na Naoimh Aithreacha tiacht arTtighearna.*

2. *M. Cred chiallugh id na* Kyrie eleiſon?

D. Ciallui ſiad, glaodhach & gairim na Nard Aithreach & na Fhaidhe ar Dhia ag iarruigh an Mheſias .1. anTſianuightheora do chur dha fhúaſgladh.

3. *M. Cred à deire re* Gloria in excelſis?

D. Ciallúi breith an Trighearna ſan Mbeitheil & an. Ortha, *thig na diaigh cialluighidh; ſi mar derug Muire on Ttighearna, dha theiſbeana & à denamh offrala dhon Teampal,*

4. *M. Cred chialluigheas* an Epiſtil, *à derthar ar an ccur chle dhon Altóir?*

D. Signi-

D. Significat prædicationem ſancti Ioannis Baptiſtæ inuitantis homines ad Chriſtum. Et *graduale* quod ſequitur, ſignificat conuerſionem gentium per Ioannis prædicationem.

5. M. Quid ſignificat *Euangelium*, in dextro cornu altaris legi ſolitum?

D. Significat Prædicationem Domini noſtri, qua nos à ſiniſtra parte ad dextram, id eſt, à temporalibus ad æterna, à morte ad vitam, à peccato ad gratiam traduxit; vbi præterea lumen adfertur, & incenduntur thura, vt ſignificetur, ſanctum Euangelium mundum illuminaſſe vniuerſum, illumque odore bono diuinæ gloriæ repleuiſſe.

6. M. Quid ſignificat *Credo*, quod poſt Euangelium dicitur?

D. Significat conuerſionem ſanctorum Apoſtolorum, aliorumque Chriſti diſcipulorum.

7. M. Quid ſignificant *Secreta* illa, quæ immediatè, credo, ſubſequuntur?

D. Significant occulta machinamenta Iudæorum contra Chriſtum.

8. Quid ſignificat *Præfatio* altâ voce cantari ſolita, & *O ſanna in excelſis*?

D. Significat ſolemnem ingreſſum Chriſti in Ieruſalẽ ipſo die Palmarũ factum.

9. M. Quid ſignificant *Secreta* illa, quæ proximè excipiunt præfationem?

